C xv **1** avi atum tu *om.* $P_1$ **3** castigatio: castigon $V_1P_1$ **6** adverbia *om.* φ **9** castrimargia: castrimagia $V_1$ castimagia *Mai* **10** hoc: hic I / .i. ... ceston *om.* H / quasi caston *om. Mai* / que: quis A quod $P_2$ **12** activum ⟨et hic castor⟩ A **13** *om.* $P_1$ **14** *om.* I **20** .i. animal quoddam: aliquid $P_2$ / quoddam *om.* $M_1$A / Gallice autem bevere *om.* $P_1$ / sequentibus *om.* $P_1$ **24** castellanus: castellemnus $V_1$ **25** *om.* $P_1$ **26** ⟨in⟩ asinaria HA *Mai om.* $P_1$ / si *om.* $P_1$

C xvi **3** cere ⟨et hoc ceraunium⟩ $P_1$ **5** li ⟨diminitivum⟩ I **6** primum *om. Mai* / deportat: portat φ **8** frumento *om.* $P_1$ / et *om. Mai* / cumulare: accumulare $M_1P_2$ **10** cereasius: cerealius $P_1$ / deducit: ducit $P_1$ **11** administratio: a ministro A

*97 / 99 M.*

confectio quedam ex multis herbis, unde Iuvenalis femineum ceroma quis nescit? [14] Item a cera hoc **cerotum** ti .i. commixtio herbarum et unguentorum. [15] Et per compositionem **sincerus** a um quasi sine cera .i. sine mollitie et comparatur sincerior sincerissimus, [16] unde **sincere** sincerius sincerissime adverbium, [17] et hec **sinceritas** tis. [18] Et pluraliter **cerimonie** arum .i. festivitates cum ceris facte, [19] unde hic et hec **cerimonialis** et hoc cerimoniale.

[1] **Careo** es ui caritum tu et cassum su verbum neutrum, [2] inde **cassus** a um, [3] et **cassabundus** a um .i. cassus et frustratus, [4] et **cassum** adverbium quod non est in usu, [5] sed componitur **incassum** .i. frustra, [6] et hic **cassis** dis pro galea eo quod intus sit cassus, [7] et hec **cassis** is pro rete, unde Ovidius metamorphoseos in quinto nec posuit studiosius altera casses; [8] et inde **cassiarius** rii .i. retiarius qui retia facit, [9] et hec **cassicula** e .i. parvum rete. [10] Item a careo hec **caries** ei .i. putredo eo quod soliditate careat. [11] Componitur **sinceres** rum quod tamen pluraliter dicitur .i. purus et dicitur sinceres quasi sine carie .i. sine fece, [12] et inde **cariosus** a um .i. putridus, [13] et **cario** as .i. putrescere, unde Martianus ponens participium ait cariantem tripodem crepidasque situ marcidas. [14] Item a careo hoc **carenum** ni .i. mustum eo quod fervendo parte careat. [15] Et **carino** as verbum neutrum .i. arguere et convitiari, [16] unde **carinator** is .i. convitiator et maledicus, [17] et hec **carisa** se .i. vetus lena et litigiosa, unde et fallaces ancille carisie dicuntur quia veritate carent, [18] et hec **carex** cis .i. rosel eo quod robore careat, et [19] inde hoc **carectum** ti .i. locus ubi carex crescit, unde Virgilius et cum clamarem, quo nunc se proripit ille? Titire coge pecus, tu post carecta latebas. [20] Item a careo hec **cartilago** is .i. naris et auris ossea teneritudo eo quod dolore careat dum flectitur. C xvii

---

13 Iuv. VI 246-247 C xvi

7 Ov. *met.* V 579 13 Mart. Cap. I 10 19 Verg. *buc.* III 19-20 C xvii

---

**13** quedam ⟨que fit⟩ $P_1$ / femineum ⟨sexum⟩ $AP_2$ **15** .i. sine: .i. $AP_2$ **16** adverbium: adverbia HI *om.* $AP_2$ **18** pluraliter *om.* A **19** cerimoniale ⟨et dicuntur cerimonie quasi monentes ceram ardere⟩ $P_1$

**1** ui *om.* *Mai* **6** hic: hec A / pro galea *om.* $P_1$ / eo ... cassus *om.* $P_1$ / cassus: cassa Iφ **7** hec: hic I / metamorphoseos in quinto *om.* $P_1$ **8** .i. retiarius *om.* $M_1A$ **9** .i. parvum rete: diminutivum ⟨sicut retiaculum⟩ $P_1$ **10-20** *om.* I **10** putredo ⟨ligni⟩ $P_1$ / careat: caret $M_1A$ **11** purus: puri φ / et dicitur sinceres *om.* $P_1$ **13** Martianus ⟨cuius⟩ $P_1$ / cariantem $M_1$ / tripodem: tripodam $P_1$ / crepidasque: tripodasque $P_1$ **14** fervendo: fervente *Mai* **16** et maledicus *om.* φ$P_1$ **17** carisie: carise φ*Mai* **18** rosel: canna φ **19** carectum: caretum $V_1$ / carex *om.* φ / crescit: crescunt $P_2$ / et ... ille *om.* φ$P_1$ / Titire: Titure *Mai* / carecta: careta $V_1$ **20** flectitur ⟨si *vix leg.* neutra tacuere supina *vix leg.* excipitur nocitum, dolitum, placitum valitumque cassum vel caritum, passum, libitum licitumque vel alia. Preteritum faciunt in ui quecumque secula, si generis neutri sit scilicet caritura supinis. Excipe vi placeo, pateo, valeo careoque cum doleo, noceo, taceo quidam superaddunt⟩ $P_1$ C xvii

C xviii [1] **Calvo** as non est in usu, [2] sed inde dicitur **calvus** vi, [3] unde hic **calvulus** li, [4] et hic **calvaster** tri ambo diminutiva, [5] et hec **calvities** ei, [6] et hoc **calvitium** tii, [7] et hec **calvaria** e .i. locus patens super cilia, unde in evangelio legimus quod locus in quo decapitabantur latrones locus calvarie appellatur propter scilicet calvarias abscisorum capitum que ibi iacebant. [8] Calvo componitur **decalvo** as, [9] unde **decalvatus** a um, [10] et **decalvatio** nis. [11] Notandum quoque quod dicimus etiam **calvo** is calvivi vel calvii itum itu verbum activum .i. decipere, inde verbalia, [12] et hec **calumnia** nie, [13] unde **calumniosus** a um, [14] unde **calumniose** adverbium, [15] et **calumnio** as verbum activum, [16] unde **calumniator**, [17] **calumniatus**, [18] **calumniatio**. [19] Et componitur **recalumnio** as.

C xix [1] **Cado** is cecidi casum su verbum neutrum, [2] inde hic **casus** us, [3] unde et hic et hec **casualis** et hoc casuale, [4] et **casualiter** adverbium, [5] et hoc **cadaver** ris, [6] unde **cadaverosus** a um. [7] Et hec **casia** e .i. quedam herba cuius flos cito cadit, unde Persius hec sibi corrupto casiam dissolvit olivo. [8] Item a cado hic **cadus** di pro vase quod Gallice dicitur [8a] baril, [9] et inde hic **cadulus** li, [10] et hic **cadiolus** li diminutivum. [11] A cado et hec **casa** e .i. parva domus, unde Virgilius atque humiles habitare casas, et figere cervos; [12] et inde hec **casula** e diminutivum ideo ita dicta quia ad instar parve case totum hominem tegit. [13] Item a cado hec **casona** e .i. acus quo mulier caput scarpit eo quod cadere faciat immunda, [14] et **caducus** a um, [15] et **cadabundus** a um .i. crebro cadens, [16] et hic **caudex** cis .i. truncus et dicitur hic caudex quasi casum dans, unde Terentius in me quidvis horum convento, que sunt dicta in stultum, caudex stipes asinus plumbeus. Quidam autem asserunt quod cau-

---

C xviii 7 *cf.* Evang. ] Hier. *in Matth.* XXVII 33

C xix 7 Pers. II 64 11 Verg. *buc.* II 29: atque humilis habitare casas, et figere cervos 16 Ter. *heaut.* 876-877: in me quidvis harum rerum convenit | quae sunt dicta in stulto, caudex stipes asinus plumbeus

---

C xviii *om.* I

**2** vi: a um $P_1$ **3** *om.* $P_2$ / li ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **4** ambo diminutiva: diminutivum $P_1$ **7** super cilia: inter supercilia $P_1$ *Mai* / in evangelio *om.* $P_1$ / decapitabantur: decapitantur $P_2$ deputantur $M_1A$ / appellatur: appellabatur $P_1$ appellatus est $M_1P_2$ / abscisorum: occisorum $P_1$ **11** calvo: calvio $M_1$ **14** adverbium ⟨et hec cavillatura, unde cavillo as verbum neutrum et a calumnia⟩ $P_1$ **15** calumnio as: calumnior aris φ / activum: deponens φ ⟨vel calumnior aris verbum deponens⟩ $P_1$ **19** recalumnio as: recalumnior aris $P_2$ recalumniator $M_1A$

C xix *om.* I

**1** casum (*Mai*): cassum $V_1$ / verbum neutrum *om.* $M_1A$ **7** casia (*Mai*): cassia $V_1$ / herba ⟨vero dicunt⟩ $P_1$ / cadit: decidit $V_1$ **8** pro ... dicitur *om.* H **10** et hic cadiolus li *om.* *Mai* / diminutivum: ⟨ambo⟩ diminutiva $P_2$ **11** .i. parva domus: domuncula $P_1$ / cervos: clamitas H **12** diminutivum ⟨que etiam pro veste dicitur⟩ $P_1$ / ideo: imo $V_1AP_2$ / ideo ita dicta *om.* $M_1P_1$ **13** scarpit: sculpit A **16** et dicitur hic caudex: et dicitur $P_1$ / dans ⟨Ambrosius super Egisippum [IV 15, 2] caudicibus oppressi ponebant animam in flumine⟩ φ / in me ... stultum *om.* $P_1$ / in me: pre me A

*100 / 101 M.*

dex dictus est a cauda eo quod truncus sit quasi arboris cauda quod facile concedendum est. [17] Item a cado hic **caseus** ei, [18] unde hic **caseolus** li diminutivum, [19] et hic **caducarius** rii .i. ille qui alicuius bonis herede carentis cadit, [20] et pluraliter **cadula** orum .i. frusta ex adipe quia particulatim cadunt, [21] et hec **caducea** cee .i. virga Mercurii quia somnos cadere compellebat que etiam pacifera fuit, [22] unde et **caduceatores** dicimus eos qui pacis gratia inter duas regiones ferunt legationem. [23] Cado componitur **occido** is, [24] unde **occiduus** a um, [25] et hic **occasus** us, [26] et hic **occidens**, [27] unde et hic et hec **occidentalis** et hoc occidentale, [28] et secundum quosdam hic **oceanus** ni, sed melius dicitur ab [28a] occe Greco .i. velox, [29] et inde **ocius** adverbium .i. velociter, [30] et **ocissime** similiter adverbium .i. velocissime. [31] Item a cado componitur **recido** is, [32] unde **reciduus** a um .i. *tantum* cadens, [33] et **recidivus** a um renovatus, [34] unde **reciduo** as verbum activum .i. renovare, [35] et hoc **recidinna** tis .i. vestis tenuis ad sumendum et reiciendum apta, unde Iuvenalis rusticus ille tuus sumit recidinna, Quirine. [36] Componitur etiam cado **excido** is, [37] unde **exciduus** a um .i. quod facile cadit, [38] **decido** is, [39] unde **deciduus** a um ad cadendum facilis, [40] **succido** is quasi subtus cado, [41] unde **succiduus** a um ad succadendum paratus, unde Claudius succidui titubant gressus. [42] Item a cado componitur **procido** is, [43] et **incido** is, [44] et **concido** is. Et notandum quod omnia composita a cado carent supinis et omnia dicuntur pro cadere.

[1] **Cresco** is crevi verbum neutrum et caret supino, [2] inde hic et hec **crescibilis** et hoc crescibile, [3] et hec **creta** te, [4] et hoc **crementum** ti .i. semen virile teste Ysidoro, unde etiam Iosephus in primo crementum ad libidinem suo potius nutrivit in corpore. [5] Item a cresco **crassus** a C xx

---

**35** Iuv. III 67: rusticus ille tuus sumit trechedipna, Quirine **41** Claud. *rapt. Pros.* III 153

**4** *cf.* Isid. *orig.* IX 5, 5; XI 1, 15 Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* I p. 6 *F.*

---

eo ... cauda *om.* $P_1$ / quod ... est *om.* φ / concedendum est: concedendum $P_1$ **18** diminutivum ⟨et hic caducus ci hereditas accedens alicui ex affinitate aliqua⟩ $M_1$A **19** rii: a um $P_1$ / qui ⟨in⟩ $HP_1$ / bonis: bona $P_1$A **20** frusta: frustra $P_1$ **21** caducea componitur caducifer .i. Mercurius *quod* in auctoribus reperiri potest *in marg.* H / cadere *om.* $P_1$ / compellebat: impellebat $AP_2$ expellebat $P_1$ / pacifera: pacifica $P_1$ / fuit: dicitur $P_1$ **22** duas regiones ferunt: duos reges faciunt $P_1$ **28** occe ⟨vel ocis⟩ $P_1$ ⟨ὠκὺς⟩ *Mai* **29** ocius: occius $V_1$ / .i. velociter *om.* $P_1$ **30** ocissime: occissime $V_1$ / *similiter om.* φ / adverbium *om.* φ$P_1$ / .i. velocissime *om.* $P_1$ **34** reciduo: recidivo HA / verbum activum *om.* $M_1$ **35** recidinna: recidivina $V_1$recidina *Mai* / reiciendum: recipiendum $M_1$ / sumit: recipit $P_1$ / recidinna: recidiviva $V_1$ recidigina φ recidina *Mai* **37** cadit ⟨et hoc eccidium dii⟩ $P_1$ **41** succadendum: cadendum $P_1$ *Mai* / Claudius: Claudianus $V_1$ ⟨Claudianus⟩ H / titubant: titubabant $AP_1$ **44** et concido is ⟨accido⟩ $P_1$ *om.* $V_1$ / supinis ⟨preter occido⟩ $P_1$ / cadere ⟨de cado dic cecidi casum, de cedo cecidi cesum, de cedo cessi cessum quoque supinum⟩ $P_1$

C xx *om.* I

**1** supino: supinis H **4** in *primo om.* $P_1$

um quod comparatur crassior crassissimus, [6] unde **crasse** crassius crassissime adverbia, [7] et hec **crassitudo** is, [8] et **crassulentus** a um .i. crassus, [9] et **crasso** as quod non est in usu, [10] sed componitur **incrasso** as, [11] unde **incrassatus** a um, [12] et hec **incrassatio** nis. [13] Cresco componitur **subcresco** is, [14] et **incresco** is, [15] unde **incretus** a um, [16] et hoc **incrementum**, [17] **concresco** is, [18] unde **concretus** a um, [19] et **concretim** adverbium .i. conglobatim. [20] Componitur quoque **decresco** is, [21] et **excresco** is, [22] unde **excretus** a um, [23] et hoc **excrementum** ti .i. illud quod excrescit, unde Lucanus sicce pallida rodit excrementa manus.

C xxi [1] **Cor** cordis, [2] inde **cordus** a um .i. serotinus, [3] unde et uve que tarde maturescunt **corde** dicuntur, [4] et hoc **corculum** li .i. parvum cor, unde Plautus ego sum liber in meum corculum melculum verculum. [5] Item ab hoc nomine quod est cor **cordatus** a um .i. sapiens, unde Elia in libro Iob viri cordati audite me; hinc etiam Augustinus de civitate Dei cum diis victis illa scriberentur, cordatos homines cogebat mentiri; [6] et **cordicitus** adverbium .i. cordetenus, unde Sidonius prudentibus, inquit, cordicitus insitum est. [7] Item ab hoc nomine quod est cor hec **corda** de, [8] unde **cordula** le, [9] et hic **cordacista** te .i. cantor qui cum chorda canit. [10] Et componitur **decacordus** a um .i. decem cordarum, [11] et **cordiacus** a um .i. cordis pulsum patiens, unde Iuvenalis cordiaco numquid ciathum missurus amico. [12] Quidam tamen dicunt **cardiacus** sub eodem tamen sensu sed melius dicere cordiacus ut sensum littera sequatur, [13] et dicitur **cordiacus** qui cor hians habet propter sitim. [14] Item ab hoc nomine quod est cor **cordate** adverbium .i. honeste et convenienter. [15] Et per compositionem hic **coredulus** li .i. avis quedam que cor citius edit, [16] et hoc **precordium** dii .i. intestinum eo quod presit cordi, [17] unde hic et hec **precordialis** et hoc precordiale, [18] et **precordialiter** adverbium. [19] Item cor componitur hic **corbius** bii .i.

---

**23** Lucan. VI 542-543

**4** Plaut. *cas.* 837 **5** *Iob* XXXIV 10 Aug. *civ.* I 3: cum de diis victis illa conscriberentur atque canerentur, poetas libebat mentiri sed cordatos homines cogebat veritas confiteri **6** Sidon. *epist.* IV 6, 1: prudentibus cordacitus (cordicitus *var. l.*) insitum est **11** Iuv. V 32: cardiaco numquam cyathum missurus amico

---

**6** adverbia *om.* $AP_2$ **8** a um: ti A **19** conglobatim: globatim $HAP_2$ accumulatim $P_1$ ⟨accumulatim⟩ H **23** sicce: sic se φ sic *Mai*

C xxi *om.* I

**3** corde: cordus $V_1P_1$ **4** .i. parvum cor: diminutivum $P_1$ / in *om.* $HM_1AP_1$ / melculum: melcidum A **5** Elia: Eliu *Mai om.* $P_1$ / hinc...mentiri *om.* $P_1$ / hinc: unde *Mai* / cum ⟨de⟩ Hφ **6** cordicitus: cordacitus $V_1M_1P_2$ / adverbium *om.* $M_1$ / prudentibus: prudentius $V_1M_1P_2$ / inquit *om.* φ **9** .i. cantor *om.* $P_1$ / cum *om.* A **11** cordiacus: cordatus $V_1P_2$ cordaicus *Mai* ⟨vel cardiacus⟩ $P_1$ / cordiaco: cordaico $V_1P_2$ **12** Quidam ... sensu *om.* $P_1$ / cardiacus (*Mai*): cordiacus $V_1P_2$ / sub: in A / tamen *om.* *Mai* / melius ⟨est⟩ Hφ / dicere: dicitur $P_1$ / littera: litteratura $P_1$ **13** et dicitur: et dicatur $M_1A$ *om.* $V_1$ **14** et convenienter *om.* $P_1$

ille qui duplex habet cor, [20] quod etiam **corbinius** dicitur quasi binum cor habens, [21] et hic **chorepiscopus** pi .i. episcoporum vicarius, [22] et hec **cordiavia** vie .i. cella interior que quasi cor clavibus custodita, [23] et hic et hec et hoc **excors** dis .i. iners et fatuus, unde Horatius in epistolis sub domina meretrice fuisset turpis et excors; et dicitur excors quasi extra cor. [24] Item componitur hic et hec et hoc **concors** is quasi eiusdem cordis, [25] unde **concordiosus** a um, [26] et **concorditer** adverbium, [27] et hec **concordia** e, [28] et hic et hec et hoc **discors** is quasi deorsum ab alterius corde, [29] et inde **discorditer** adverbium, [30] et **discordia** e, [31] et **discordiosus** a um, unde Augustinus de civitate Dei in secundo quantum malum fuit discordiosi certaminis, quod fratrem Romuli coegit occidi. [32] Item a cor componitur hic et hec et hoc **socors** is .i. ignavus quasi seorsum a corde, [33] et inde hec **socordia** e .i. ignavia, [34] et **socorditer** adverbium, [35] et hic et hec et hoc **misericors** dis quasi miserum cor habens super aliquem afflictus, [36] et inde **misericorditer** adverbium, [37] et hec **misericordia** e, [38] et hic et hec et hoc **vecors** dis .i. furiosus quasi vae habens in corde, [39] et inde **vecorditer** adverbium, [40] et hec **vecordia** e. [41] Componitur quoque **unicors** is quasi unius cordis, [42] unde **unicorditer** adverbium, [43] et **recordo** as, [44] et **recordor** aris, [45] unde **recordatus**, [46] **recordatio**, [47] **recordabilis**, [48] et **recordabiliter** adverbium.

[1] **Ceros** Grece cornu Latine, [2] inde hic **cervus** vi, [3] unde hec **cerva** e, [4] et C xxii
hic **cervulus** li diminutivum, [5] et **cervinus** a um, [6] et pluraliter **ceraunia** orum .i. saxa prominentia in mari ad instar cornuum, unde Horatius in liricis qui vidit mare turbidum, et infames scopulos Acroceraunia; hinc etiam Lucanus ait movit quoque Ceraunia nautis. [7] Ceros componitur hic **egloceron** tis .i. capricornus, nam [7a] eglon dicitur capra, [8] unde et **egloga** ge dicitur .i. sermo de capris sicut sunt egloge Vir-

---

**23** Hor. *epist.* I 2, 25 **31** Aug. *civ.* III 12

**6** Hor. *carm.* I 3, 19-20: qui vidit mare turbidum et | infamis scopulos Acroceraunia Lucan. V 457: movitque Ceraunia nautis

---

**20** cor *om. Mai* **22** cordiavia: cordiaria *Mai* / clavibus: avibus A ⟨est⟩ $\varphi P_1$ **23** in epistolis *om.* $P_1$ / fuisset: vixisset A iussisset $P_2$ / cor ⟨a corde etiam per compositionem dicitur hoc coragium gii illud (id $P_1$) quod toto corde petitur (poscitur $P_2$) ut obtineatur⟩ $\varphi P_1$ **27** *om.* $M_1$ **28-29** *in marg.* $M_1$ **28** deorsum *om. Mai* **31** in secundo *om.* $P_1$ / occidi: interfici $P_2$ **32** socors: secors A **35-37** *post* 48 $P_1$ **35** quasi ... afflictus *om.* $P_1$ / aliquem *om.* $\varphi$ **41** unicors: concors $P_1$ **42** adverbium *om.* $P_1$ **45-46** recordatus, recordatio: verbalia $AP_2$ **45** unde ⟨recordator⟩ $P_1$ **46** recordatio ⟨et recordalis, et recordaliter adverbium⟩ $M_1$ **47** recordabilis: recordialis A

C xxii *om.* I

**3** cerva: cervula $P_1$ **4** diminutivum *om.* $\pi P_2$ **6** ait *om.* $AP_2P_1$ / movit quoque: movitque $AP_2$ **7-10** nam ... tis *om.* A **7** Ceros ... dicitur *om. Mai* / egloceron: egoceron H **8** de capris *om.* $P_1$ / sicut sunt egloge Virgilii *om.* $M_1P_2$

gilii. [9] Componitur etiam quoque hic **rhinoceros** tis similiter pro illo animali quod dicitur capricornus, unde propheta cuius fortitudo ut fortitudo rhinocerontis; dicitur quoque rhinoceros pro virili membro eo quod rigeat ad instar rhinocerontis, unde Iuvenalis et magno cum rhinoceronte lavari. [10] Componitur quoque ceros **monoceros** tis .i. animal quod vocatur unicornis eo quod unum cornu habeat in fronte.

C xxiii [1] **Cluo** cluis clui verbum neutrum et caret supino .i. defendere, [2] inde hic **clipeus** ei, [3] unde hic **clipeolus** li diminutivum, [4] et hec **clipeola** e .i. anulus eo quod sit rotundus ad instar clipei, [5] et **clipeatus** a um .i. clipeo protectus, unde Ovidius metamorphoseos in tertio crescitque seges clipeata virorum. [6] Notandum quoque quod **cluo** dicitur pro splendeo teste Prudentio de sicomachia qui ait quod patria virtute cluis; [7] et inde **clito** onis .i. filius regis vel ille qui multa resplendet nobilitate, [8] quod componitur **inclitus** a um .i. nobilis, [9] unde **inclite** adverbium. [10] Item a cluo quando dicitur pro defendo hic **clunis** nis .i. nates, unde Iuvenalis clunem agitas ego te ceventem Sexte verebor, [11] et inde hoc **cluniculum** li teste Ysidoro .i. spata ad clunes dependens, [12] et hic et hec et hoc **clemens** tis teste eodem Ysidoro eo quod defendat uti dominus clientem et illud comparatur clementior, clementissimus, [13] unde **clementer** clementius clementissime adverbia, [14] et hec **clementia** e. [15] Clemens componitur **inclemens**. [16] Cluo componitur **precluo** is, [17] unde hic et hec **precluis** is .i. valde fulgens. [18] Notandum autem quod dicimus **cleo** es .i. gloriari et aliquando dicitur pro inclinare, [19] et etiam inde venit hic **clivus** vi .i. collis, [20] unde **clivosus** a um, [21] et **proclivus** a um cervinus promptus et intentus, [22] et inde **proclive** adverbium, [23] quod componitur **improclive** .i. sedule et intente, unde Terentius in Andria si id non potero, id faciam proclive.

---

C xxii **9** *num.* XXIII 22 Iuv. VII 130

C xxiii **5** Ov. *met.* III 110 **6** Prud. *psych.* 2: qui patria virtute cluis **10** Iuv. II 21: clunem agitant: "ego te ceventem, Sexte, verebor?" **11** *cf.* Isid. *orig.* XVIII 6 **12** *cf.* Isid. *orig.* X 36 **23** Ter. *Andr.* 700-701: si id non poterit | id faciam in proclivi (proclive *var. l.*)

---

**9** animali quod: qui aliter $P_2$ / dicitur ... rhinocerontis *om.* $V_1$I / lavari ⟨qui solet, unde dicitur rinoceros animal illud quod habet unum cornu in nare, a rinos quod interpretatur nari⟩ $P_1$

C xxiii *om.* I

**4** sit *om.* A / instar: modum A$P_2P_1$ **5** .i. clipeo protectus *om.* φ / metamorphoseos in tertio *om.* $P_1$ **6** Notandum quoque quod *om.* φ / qui ait: dicente $P_1$ / quod: qui $P_2$ **7** multa: multum $V_1$ / resplendet: splendet φ$P_1$ **10** defendo: defendendo $V_1$ defendere φ / ⟨renes vel⟩ nates ⟨vel coxe⟩ φ / Sexte: Sixte $V_1$I$M_1$ **11** cluniculum: cuniculum A / li ⟨diminutivum⟩ $P_1$ / dependens: pendens A$P_2$ pertinens $P_1$ **12** tis ⟨.i. pius et dicitur clemens⟩ $P_2$ / teste eodem Ysidoro *om.* $P_2$ / eodem *om.* H$M_1$A$P_1$ / defendat: defendit $V_1$ **13** adverbia *om.* $M_1$ **15** inclemens ⟨unde inclementia⟩ $P_1$ **18** pro inclinare: pro clinare $V_1$ proclivare *Mai* **21** cervinus: cernuus $P_1$ *Mai* / promptus et intentus *om.* $P_1$ **23** quod componitur improclive ⟨adverbium⟩ $P_2$ / *om.* $M_1$A / et intente *om.* $P_1$ / non *om.* $P_1$ / proclive: improclive H$P_1$ ⟨Dicimus etiam declivus a um, et hic et hec declivis et hoc declive⟩ $P_1$

*104 / 105 M.*

[1] **Cedo** is cecidi cesum su verbum activum, [2] inde hec **cedes** is, unde [3] hec **cedecula** le diminutivum, [4] et **cesus** a um, [5] unde hec **cesonia** e .i. quedam parva caro que apparet in fronte equi pulli quando primum prodit ex alvo, unde Iuvenalis totam tremuli Cesonia pulli infundit. [6] Item a cedo hec **cervix** cis, [7] unde **cervicula** le diminutivum, [8] et **cervicosus** a um .i. superbus, [9] et inde **cervicose** adverbium .i. arroganter et superbe, [10] et hoc **cervical** lis .i. pulvinar, [11] et hec **cervica** .i. alapa, [12] et **cesim** adverbium .i. divisim artuatim, unde Quintilianus membratim inquit cesimque dicimus. [13] Item a cedo hic **ceso** nis .i. ille qui de ventre matris scinditur, [14] et hic **cincinnus** ni .i. capillus qui prolixe dependet, unde Iuvenalis altior hic quare cincinnus; [15] et inde **cincinnatulus** a um .i. capillatus quasi magnos capillorum cincinnos habens, unde Hieronymus in quadam epistola cincinnatulos pueros et calamistratulos et peregrina unguenta olentes devita. [16] Et sciendum quod cincinnus aliquando dicitur pro panniculo vetere et detrito et tunc inde venit **cincinnosus** a um .i. pannosus. [17] Item a cedo hic **cesor** is, [18] et **cesius** a um .i. lenticosus ideo a cedendo dictum quia qui lenticosus est colorem non integrum sed intercisum habet, unde Terentius in tertia comedia rufam ne illam virginem cesiam. [19] Et per compositionem hic **internicida** e .i. ille qui falsum testimonium commisit et ob id quempiam interfecit, [20] et inde hec **internicies** ei .i. mors, [21] et hoc **internicidium** dii .i. occisio interitus, [22] et pluraliter **subcisiva** orum .i. frusta illa que sutor abscindit de materia eo quod de solea subtus scinduntur, [23] et hoc **ancile** is scutum rotundum et dicitur ancile quasi circumcisum, unde Ovidius idque ancile vocant quod ab omni parte rotundum, quemque notes oculis angulus omnis abest. [24] Cedo componitur **occido** is, [25] unde **occisor** ris, [26] **occisus** a um, [27] **occisio** nis, [28] **precido** dis, [29] **precisus** a um, [30] et hec **precisio** nis, [31] et **precidaneus** a um .i. aptus ad scindendum, [32] **concido** is, [33] unde **concisus** a um, [34] et hec **concisio** nis, [35] **circumcido** is, [36] unde **circumcisus** a um .i. aptum ad scindendum, C xxiv

---

**5** Iuv. VI 616-617: totam tremuli frontem Caesonia pulli | infudit **12** Quint. *inst.* IX 4, 126: membratim cesimque dicemus **14** Iuv. VI 492 **15** Hier. *epist.* CXXX 19 **18** Ter. *heaut.* 1061-1062 **23** Ov. *fast.* III 377

---

C xxiv *om.* I

**1** cecidi ⟨vel cicidi, Lucanus [?] quam ullam cicidat etas⟩ $P_1$ **3** cedecula: cedula $V_1$ **5** parva caro: caruncula $P_1$ / equi: equini H / quando: cum $P_1$ **9** adverbium *om.* $V_1$ / arroganter et *om.* $P_1$ **12** artuatim *om.* $P_1$ / Quintilianus: Quintilius $V_1$ H **13** scinditur: ceditur $P_1$ **14** dependet ⟨super oculum mulieris⟩ φ / quare: queritur $P_2$ **15** olentes *om.* H **16** panniculo: panno φ $P_1$ **18** ideo: imo $V_1P_2P_1$ / cedendo: scindendo $V_1$ / in tertia comedia *om.* $P_1$ **21** occisio: occasio $P_2P_1$ **22** scinduntur: ceduntur $P_1$ **23** idque: id quod $P_2$ / parte *om.* *Mai* / oculis *om.* $P_1$ **24** Cedo: Cido *Mai* **27** nis ⟨unde occisor, occisio, occisus a um⟩ $M_1$ **28** dis: nis $V_1$ **31** scindendum: cedendum φ **36** um ⟨circumcisio nis, succido is, unde succisus a um⟩ Hφ$P_1$ ⟨et hec succisio nis et succidaneus a um⟩ H ⟨et succiduus a um (*om.* $P_1$) succidui caules dicuntur qui nascuntur in summitate magudaris abscisa (.i. caulis qua nascitur pro abscisionem alia caula *in marg.* $M_1$), et succisio, et succidaneus a um⟩ φ$P_1$

[37] **excido** is, [38] unde **excisus** a um, [39]et hec **excisio** nis, [40] et hoc **excidium** ii .i. destructio vel eversio quod vero quibusdam placet dicere a cado. [41] Item cedo componitur **recido** is, [42] et **incido** is, [43] et **intercido** is, et ab istis verbalia.

C xxv [1] **Chiros** Grece manus Latine, [2] inde **chirurgicus** ci .i. medicus manu et ferri incisione operans, [3] unde hec **chirurgia** e .i. ipsa manuum eius operatio, [4] et hec **chiragra** gre .i. manuum infirmitas, [5] sicut **podagra** dicitur infirmitas pedum, unde Persius sed cum nodosa chiragra fregerit articulos. [6] Item a chiros hec **chirotheca** ce per compositionem .i. manuum tectura vel manuum repositorium nam [6a] theca dicitur scrinium ubi reponitur aliquid, [7] et hic **chironomanta** te .i. ioculator quilibet qui manu sua ludit cum cultellis, unde Iuvenalis et chironomanta volanti cultello.

C xxvi [1] **Ceco** as avi tum tu verbum activum, [2] inde **cecatus** a um, [3] et **cecatio** nis, [4] et hoc **cecamen** nis, [5] et **ceculto** as verbum activum .i. cecare, unde Plautus num nam mihi oculi cecultant? Ubi est Hermio meus?; [6] et inde **cecultatus** a um, [7] et **cecultatio** nis. [8] Item ab hoc verbo quod est ceco **cecus** a um, [9] unde hec **cecitas** tis, [10] et hec **cecuta** te pro quadam herba cuius sucus nocivus est oculis, [11] et inde **cecutio** tis cecutivi et cecutii itum itu verbum neutrum .i. cecare et cecum esse, unde Martianus ponens huius verbi participium ait cecutientisque Meonii suaviloquam senectutem. [12] Cecus componitur **semicecus**. [13] Ceco componitur **exceco** as, et inde verbalia.

---

C xxv **5** Pers. V 58-59: sed cum lapidosa cheragra fregerit articulos **7** Iuv. V 121-122: et chironomunta volanti | cultello

C xxvi **5** Plaut. fr. 126: num nam mihi oculi caecultant estne hic noster Hermio? **11** Mart. Cap. I 3

---

**40** eversio ⟨converso⟩ $P_2$ / quod: quidam $P_2$ / vero: ut $HP_2$ ⟨ut⟩ A / dicere: dicitur A **41** cedo: cido $V_1$ **43** verbalia ⟨cedo cedite verbum defectivum et ponitur pro dic et pro trade⟩ $P_1$

C xxv *om.* I

**3-4** manuum ... .i. *om.* $P_2$ **3** eius *om.* $HM_1AP_1$ **5** dicitur infirmitas *om.* φ **6** vel *om.* $P_1$ / nam: a $P_1$ / aliquid ⟨a thesis quod est positio⟩ $P_1$ **7** chironomanta: chiromanta $V_1$ / quilibet *om.* A / manu sua *om.* φ / et *om.* $AP_2$ / chironomanta (*Mai*): chiromanta $V_1$ / cultello ⟨et inde etiam dicitur hic cirogrullus (vel cirogrillis *s. l.*) .i. parvulus manuum vermis⟩ H

C xxvi *om.* I

**1** avi tum tu *om.* $P_1$ **5** verbum activum *om.* φ / .i.: idem est quod $P_2$ / cecare: occultare $P_1$ / num *om.* $P_1$ / mihi *om.* $HP_2$ / cecultant (*Mai*): occultant $P_1$ occultabant $V_1$ / Ubi est Hermio meus *om.* A / Hermio (*Mai*): Hermionis $V_1$ / meus *om.* $V_1$ **7** cecultatio: cecultio $V_1$ **10** pro *om.* $M_1P_1$ / nocivus: noxius $P_1$ **11** itum itu *om.* A / huius verbi *om.* Hφ

*106 / 107 M.*

[1] **Claudo** is clausi sum su verbum activum, [2] inde **clausus** a um, [3] et hec **clausura** e, [4] et hoc **claustrum** tri, [5] unde **claustrellum** li diminutivum, [6] et hic et hec **claustrensis** is, [7] et hic et hec **claustralis** et hoc claustrale. [8] Item a claudo hec **clausula** le, [9] et hec **clavis** is, [10] unde hec **clavicula** le, [11] et hic **clavicularius** rii .i. ille qui claves portat, [12] et hic **clathrus** thri .i. repagulum et truncus, unde Horatius obiectos valeat si frangere clathros. [13] Clavis componitur hic **claviger** ri, [14] et hec **conclavis** is .i. cella vel thalamus sub clave alterius domus clausa, unde in libro regum legimus esse dictum ad regem Syrie est propheta in Israel qui omnia novit que loqueris in conclavi. [15] Item a claudo **claudus** a um eo quod domi claudatur, [16] et inde **claudulus** a um diminutivum, [17] et **claudico** as verbum neutrum, et inde verbalia, [18] et **claudicarius** a um .i. illud quod cito claudicat. [19] Dicimus quoque **claudeo** es pro claudicare verbum neutrum, unde Cecilius an ut sitis ubi consilium claudeat; [20] et inde hec **clades** is, [21]unde hec **cladecula** le diminutivum. [22] Claudo componitur **includo** is, [23] unde **inclusor** ris, [24] qui et **inclusarius** dicitur .i. ille qui vicinorum claudit pecora pro fore facto, [25] et **inclusus** a um, [26] et **inclusio** nis, [27] **concludo** is, [28] unde **conclusor** ris, [29] et **conclusus** a um, [30] et **conclusio** nis, [31] **excludo** is, [32] unde **excluso** ris, [33] qui **exclusorius** dicitur .i. ianitor .i. qui foras excludit homines, [34] et **exclusus** a um, [35] et **exclusio** nis, [36] **intercludo** is, [37] inde **interclusor** ris, [38] et **interclusus** a um, [39] et **interclusio** nis, [40] et hec **intercludo** nis .i. interclusio, unde Iosephus in sexto pro presentibus ornamentis ciliciis intercludine solem viderent; [41] **recludo** is, [42] unde **reclusus** a um, [43] et hec **reclusio** nis, [44] **secludo** is, [45] unde **seclusus** a um, [46] et hec **seclusio** nis. Notandum autem quod preteritum a claudo secundum antiquos facit clausi, unde Quintilianus de causis deinde miserrimos senes clauserat iam prope ignis; quod adhuc servatur in compositis, quia dicimus conclusit et non conclausit, et sic de ceteris. C xxvii

---

**12** Hor. *ars* 437: obiectos caveae valuit si frangere clathros **14** *III reg.* IV 6, 12 **19** Caecil. *com.* 32 Ribb.[3]: An ubi non sitis, ibi consilium claudeat **40** *non repperi* **46** Ps. Quint. *decl.* II 2: deinde miserrimos senes cluserat (clauserat *var. l.*) iam propior ignis

---

C xxvii *om.* I

**1** verbum activum *om.* A **2** *om.* A **8** clausula: clausura $M_1$ **10** le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **11** portat: gerit $P_1$ **12** *si om.* $P_1$ **14** vel: ubi *Mai* / domus *om.* φ / clausa: clausus $P_2$ / esse dictum: dictum est φ / que: quicumque $P_1$ / loqueris: dixeris φ **15** claudo *om.* $V_1$ **17** neutrum: activum A **18** claudicat: clauditur $P_1$ **19** verbum neutrum *om.* φ / an ut: ante $P_2$ / ut: ibi $M_1$A vos $P_1$ / sitis: sciatis $V_1$ nescitis $P_1$ / ubi: ibi $M_1P_1$ / consilium ⟨mihi⟩ $P_1$ **24** claudit *om.* $P_1$ / pecora: pectora *Mai* ⟨novit pervertere alia causa⟩ $P_1$ / pro fore facto *om.* $P_1$ / fore: foris H *et s. l.* male $M_1$ **32** *om.* $M_1$A **34** *om.* $P_2$ **38** *om.* $M_1$A **40** .i. interclusio *om.* $P_2$ / in sexto *om.* $P_1$ **42-43** *om.* φ **43-45** *om. Mai* **45-46** unde ... nis: et ab istis verbalia φ **46** clausi: clusi $M_1P_2$ *Mai* / miserrimos ⟨homines⟩ $P_1$ / clauserat: cluserat $M_1P_2$ *Mai* / iam prope ignis *om.* $P_1$ / ignis: egros $V_1$ / conclusit: inclusit $V_1$A / conclausit: clausit $V_1$ A

*107 / 108 M.*

C xxviii [1] **Carrio** is carrii et carrivi tum tu verbum activum .i. dividere, [2] inde hec **carruca** ce eo quod currendo dividat terram, [3] et hic **carrus** ri eadem ratione, [4] et hoc **carricutium** tii .i. vehiculum quoddam altissimarum rotarum et dicitur carricutium tii quasi carrus acutus, [5] et pluraliter **carrinatores** rum .i. carnium laniatores vel lanarum carptores. [6] Item a carrio hec **carina** ne .i. locus in media navi in quo aque putride ex diverso collecte manant, unde et quidam volunt illud a carie dirivare .i. a putredine, nos autem dicimus illud a carriendo .i. a dividendo eo quod carina currens dividat aquas. Carina autem cum pars navis sit dicitur tamen pro ipsa navi sicut puppis cum sit cauda et prora cum caput eius.

C xxix [1] **Cedo** is cessi sum su verbum neutrum, [2] inde a supino cessu u mutata in o fit **cesso** as, inde verbalia, [3] et **cessabundus** a um .i. ille qui sepe cessat, [4] et **cessiosus** a um i. ille qui sepe cedit, et [5] **cessim** adverbium .i. gradatim, unde Martianus cessim plerumque recursitans gaudeat occupari. [6] Item a cedo hic **cetus** us per antiphrasin .i. congregatio multorum eo quod minime cedat vel cetus dicitur a coeundo, [7] unde hoc **cete** indeclinabile pro quodam magno pisce eo quod copiosus sit ad instar magni cetus, [8] et inde hic **cetarius** rii .i.. ille qui piscem illum vendit, inde Terentius in eunucho concurrunt mihi obviam leti cupedinarii, cetarii; [9] et **cetarium** rii .i. macellum ubi venditur cete et locus in mari ubi cete maxime habundat, unde Horatius in sermonibus plures adnabunt tinni, et cetaria crescent. [10] Item a cedo **cedo** verbum defectivum .i. dic, unde Terentius in eunucho qui te ergo aliud sollicitat cedo. Invenitur quoque cedite pro dicite sed raro. [11] Et **cesso** is quod non est in usu, [12]sed componitur **lacesso** is lacessii vel lacessivi verbum activum .i. provocare, [13] et dicitur **lacessitus** a um .i. provocatus a um. [14] Componitur quoque **incesso** is similiter provocare, [15] et **decisso** is cuius prete-

---

5 Mart. Cap. I 25 8 Ter. *eun.* 256-257: concurrunt leti mi obviam cuppedenarii omnes | cetarii 9 Hor. *serm.* II 5, 44 10 Ter. *eun.* 163

---

C xxviii *om.* I

1 verbum activum *om.* A 4 tii ... tii *om.* $P_1$ 5 carnium: carruum A 6 Prora prior navis pars dicitur ultima puppis. Dic latus esse ratem aientem dic esse carinam *in marg.* H / cum ⟨sit⟩ $P_2P_1$ / caput eius: pars anterior $P_2$ / eius *om.* $M_1$A

C xxix *om.* I

2 cessu: cessum *Mai* / mutata *om.* φ 5 gradatim ⟨pedetentim⟩ φ 6 multorum *om.* φ 7 Quidam tamen dicunt hic cetus ti in singulari ut fuit Ionas in ventre ceti, et pluraliter hec cete indeclinabile. Ut creavit Deus cete grandia et secundum hoc est nomen etheroclitum genere et numero, genere quia in singulari masculinum est generis in plurali vero neutrum, numero quia in singulari declinatur in plurali minime *in marg.* H / eo quod copiosus sit *om.* $P_1$ / magni *om.* $V_1$H 8 in eunucho *om.* $P_1$ / concurrunt (*Mai*): concurrit $V_1$ occurrit $M_1$ / obviam *om.* $M_1$ 9 ubi ... mari *om.* φ / habundat: habundant φ $P_1$ / tinni: pisces $P_1$ 10 in eunucho *om.* $P_1$ / qui: quid $P_1$ / cedo *om.* A 12 verbum activum *om.* $M_1$ 13-14 *om.* $P_1$ 14 is ⟨quod non est in usu⟩ A 15 decisso: decesso $HP_1$

*108 / 109 M.*

ritum facit descivi .i. recedere declinare, unde Ambrosius super Egisippum ubi neque Demetrius pecunia conductos decissere a fide vidit. [16] Cedo quoque componitur **procedo** is, [17] unde **processus** a um, [18] et hec **processio** nis, [19] **succedo,** [20] unde **successus,** [21] **successio,** [22] **incedo** is, [23] unde hic **incessus** us, [24] et hec **discessio** nis, [25] **intercedo** is, [26] inde **intercessus** a um, [27] et **intercessio,** nis, [28] **accedo** is, [29] inde **accessus** a um, [30] et hic **accessus** us, [31] **excedo** is, [32] inde hic **excessus** us. [33] Item componitur **abscedo** is, [34] et **recedo,** [35] et **concedo,** [36] et **precedo,** [37] et **secedo,** et ab istis verbalia.

[1] **Corpus** ris secundum Ysidorum dicitur a corrumpendo eo quod cito C xxx
corrumpatur, [2] inde hoc **corpusculum** li diminutivum, [3] et **corporeus** a um, [4] quod componitur **incorporeus** a um, [5] et hic et hec **corporalis** et hoc corporale, [6] et **corporaliter** adverbium, [7] et **corpulentus** a um .i. crassus et comparatur corpulentior corpulentissimus, [8] unde **corpulenter** corpulentius corpulentissime adverbia, [9] et hec **corpulentia** tie .i. crassitudo, [10] et **corporo** as quod non est in usu, [11] sed componitur **incorporo** as, et inde verbalia. [12] Corpus componitur **bicorpor,** [13] et **tricorpor** ambo omnis generis.

[1] **Como** is comsi comtum tu .i. ornare vel planare verbum activum, [2] in- C xxxi
de **comtus** a um quod comparatur comtior comtissimus, [3] unde **comte** comtius comtissime adverbia, [4] et hic et hec **comis** is .i. facetus et suavis, [5] unde **comiter** adverbium. [6] Item a como hec **coma** e, [7] unde **comatus** a um .i. comas habens, [8] et **comatulus** a um diminutivum, unde Hieronymus in quadam epistola comatulus, comtus, lascivus, domus tue

---

15 Ambrosius = Heges. I 10,1: ubi neque Demetrius pecunia conductos desciscere a fide vidit

1 *cf.* Isid. *orig.* XI 1,14 C xxx

8 Hier. *epist.* XLV 13, 1 C xxi

---

facit: est H / declinare: vel recedere A / neque *om.* $P_1$ **17** a um: ui $P_1$ **18** nis ⟨et processus us ui⟩ H **19-21** *om.* $V_1$ **22-24** *om.* $M_1$ **23** us ⟨et incessio nis⟩ $H\varphi P_1$ **24-27** *om.* $AP_2$ **24** *om.* $P_1$ / ⟨discedo is, unde hic discessus us ui⟩ et H **26-27** *om.* $P_1$ **26** a um: us ui H ⟨et intercessor ris⟩ H **29** *om.* $HM_1$ **30** us ⟨unde accessibilis, quod componitur inaccessibilis. Dicimus unde dicidium⟩ $P_1$ **32** us ⟨ui, et excessio nis⟩ H **34** *om.* $P_1$ / recedo: decedo $P_2$ **36** precedo ⟨et recedo⟩ $V_1$ **37** secedo ⟨discedo⟩ $\varphi$ ⟨intercedo⟩ $P_2$ / verbalia ⟨Item a cedo incesso is verbum desiderativum⟩ $P_1$

C xxx *om.* I
**1** corrumpatur (*Mai*): corrumpat $V_1$ ⟨alii dicunt compositum a corrumpo et opere quasi corruptionis opus⟩ $P_1$ **8** corpulenter: corpulente $\varphi$ / corpulentius *om.* $V_1$ / adverbia *om.* $\varphi$

C xxxi *om.* I
**1** verbum activum *om.* $P_1$ **2** quod comparatur *om.* $M_1A$ **3** adverbia *om.* $M_1P_2$ **8** in quadam epistola *om.* $P_1$ / comtus *om.* $P_1$

tecta non videant; [9] et hec **cometa** te .i. quedam stella crinita, unde Lucanus mutantis sceptra comete. [10] Et **como** as verbum activum .i. adornare, [11] unde et **comatores** dicimus argenti exclusores eo quod de sordida massa lucidum comant argentum, et inde verbalia. [12] Coma componitur **auricomus**, [13] **anguicomus**. [14] Item a como hoc **coma** tis .i. censura iudicium, [15] et hic et hec **comes** tis quod pro socio dicitur quando est communis generis, quando vero pro comite masculini tantum, [16] et tunc inde venit **comitissa** se, [17] et **comitium** tii placita que multi faciunt comites, unde Plautus ibo inquit intro ut de capite meo fiant comitia; [18] et inde **incomitio** as per compositionem .i. in comitium adducere, unde idem Plautus licet ne inforare, si incomitiare non licet?; et inde verbalia. [19] Comes componitur **vicecomes**, [20] et inde **vicecomitissa** e. [21] A comite vero quando dicitur pro socio **comito** as verbum activum, unde verbalia, [22] et hic **comitatus** us. [23] Como componitur **accomo** is, [24] et **discomo** is, et ab istis verbalia.

C xxxii [1] **Consulo** is sului sultum tu verbum activum, [2] inde **consultus** a um quod comparatur consultior consultissimus, [3] unde **consulte** consultius consultissime adverbia, [4] et hic **consul** lis, [5] unde hic **consulatus** tus, [6] et hic et hec **consularis** et hoc consulare, [7] et **consulto** as verbum neutrum, et inde verbalia. [8] Item a consulo hic **consultor** ris, [9] et hoc **consilium** lii, [10] unde hoc **consiliolum** li diminutivum, [11] et hic **consiliarius** rii, [12] et **consilior** aris verbum deponens, [13] unde hic **consiliator**, [14] **consiliatus**, [15] **consiliatio**, [16] et hoc **consiliatorium** rii .i. locus consiliorum, [17] et hic **Consus** si consiliorum deus et ut alii volunt Neptunus. [18] Consulo componitur **reconsulo** is, et inde verbalia. [19] Notandum quod **consulo** regit in diverso sensu duos casus: dicimus enim consulo tibi .i. consilium do tibi et consulo te .i. consilium accipio a te.

C xxxiii [1] **Condo** is condidi itum tu verbum neutrum, [2] inde hic **conditor** ris, [3] et **conditus** a um, [4] et hec **condicio** nis, [5] unde hic et hec **condicionaliter**

---

**9** Lucan. I 529: mutantem regna cometen **17** Plaut. *aul.* 700: ibo intro, ubi de capite meo sunt comitia **18** Plaut. *Curc.* 401

---

**9** hec: hic *Mai* **10** verbum activum *om.* A / adornare: ornare $AP_2$ **13** *om.* $P_2$ **15** dicitur ... generis *om.* $P_1$ / pro comite: pro consule H pro comitate *Mai* / masculini tantum: masculinum *Mai* tantum hic comes dicitur $P_1$ **17** placita que: placitum quod $M_1P_2$ / ibo ⟨ibo⟩ $P_1$ / intro: intus $P_2$ / fiant: fiat A **18** adducere: ducere φ / unde idem *om.* φ / non: si $P_2$ **21** comito as: comitor aris $P_1$ / activum: deponens $P_1$ **23** accomo: a como *Mai*

C xxxii *om.* I

**2** quod comparatur *om.* $M_1A$ **3** consultius (*Mai*) *om.* $V_1$ / adverbia *om.* $M_1A$ **4** lis ⟨quod componitur proconsul⟩ $P_1$ **5** consulatus: consultus $P_1$ **7** neutrum: activum $P_1$ **9** lii ⟨et consultum ti⟩ $P_1$ **10** hoc *om.* *Mai* / consiliolum: consiliabulum $P_1$ **19** a: de $V_1H$ / te ⟨unde quidam: [?] consulo te cupio tibi consulo consilium do⟩ $P_1$

C xxxiii *om.* I

et hoc condicionale, [6] et inde **condicionaliter** adverbium, [7] et hic **condylus** li nodus, unde Martianus Capella ictibus crebris verticem complicatisque in condylos digitis vulnerabat; [8] et inde **condylomaticus** a um .i. nodosus sicut dicimus eam passionem esse condylomaticam que plena est papulis grossis quasi nodis, [9] et hec **condylomata** te .i. quoddam genus glandium ad instar nodorum minutorum. [10] Item a condo hic **cuneus** .i. agmen, [11] et hic **condus** di .i. quoddam genus scyphi, [12] et secundum Ysidorum hic **condo** nis .i. gladiator, [13] et hoc **condalium** lii .i. anulus. [14] Dicimus quoque **condio** is condivi et condii tertie coniugationis producte .i. saporare, [15] et inde **conditus** a um, [16] et hoc **condimentum** ti. [17] Condo componitur **recondo** is, [18] unde **reconsus** a um, [19] **abscondo** is, [20] unde **absconsus** a um.

[1] **Comminiscor** ris comminiscitus sum itum tu verbum deponens .i. adinvenire, [2] inde hoc **commentum** ti, [3] et **commentor** aris verbum deponens, [4] unde hic **commentator** ris, [5] **commentatus** a um, [6] et hoc **commentarium** rii, [7] unde hoc **commentariolum** li diminutivum. [8] Item a comminiscor **comminiscitus** a um, [9] et hec **comedia** e .i. vilicus cantus, [10] unde **comicus** a um .i. facetus, [11] et inde **comice** adverbium, [12] et hic **comedus** di .i. comedie scriptor, [13] et **comedicus** a um .i. delectabilis, [14] et inde **comedice** adverbium .i. delectabiliter, unde Plautus heu astitisti et dulce et comedice. [15] Sciendum quod comminiscor potest dirivari a memini verbo sicut et **reminiscor**. C xxxiv

[1] **Cura** e, [2] inde **curiosus** a um, [3] et **curiose** adverbium, [4] et **curiositas** tis, [5] et hec **Curitis** .i. Iuno quia antiquitus videbatur curam gerere de po- C xxxv

---

7 Mart. Cap. I 88     **12** *cf.* Isid. *orig.* V 594     C xxxiii

**14** Plaut. *mil.* 213: hercle astitit et dulce et comedice     C xxxiv

---

**7** nodus ⟨vel inflatio que nascitur in capite ex aliqua percussione⟩ φ    **8** ⟨inde condiloma tis⟩ et A / est *om.* $V_1$ φ $P_1$ / papulis: pupillis $V_1$ pupulis $HAP_2P_1$    **9** glandium: glandii $P_2$ gladiorum $P_1$ / minutorum: minutarum $V_1H$ *om.* φ    **14** condii ⟨tum tu⟩ H / tertie coniugationis producte *om.* φ / tertie: quarte $P_1$ / saporare: soporare A    **16** *ti* ⟨et hec conditio secundum quosdam unde ibi citius conditionis est. Conditus componitur inconditus⟩ $P_1$    **18** *om.* φ / um ⟨vel reconditus a um⟩ $P_1$    **20** *om.* φ / um ⟨vel absconditus a um⟩ $P_1$

C xxxiv *om.* I

**1** comminiscitus: comminucitus $V_1$ comminitus $P_1$ / itum tu *om.* $P_1$    **3** verbum deponens *om.* $V_1$φ    **4** *om.* $V_1$    **8** *om.* $P_1$    **9** vilicus: villanus $M_1A$ / cantus ⟨vel a comos que est in villa⟩ $P_1$    **10** facetus ⟨loquens delectabiliter⟩ A    **11** *om.* A / adverbium ⟨delectabiliter⟩ $P_2$    **13** delectabilis ⟨et hic comedus di .i. comedice scriptor, et comedicus a um .i. delectabilis⟩ $M_1$    **14** heu: heus *Mai* / astitisti: astiti $V_1$ / et dulce: d̂ulce φ    **15** reminiscor ⟨et secundum quosdam facit preteritum comminiscitus sum. Conopeus cortina ubi rethe, Iuvenalis [VI 80] ut testudineo tibi lentule conopeo⟩ $P_1$

C xxxv *post* C xxxi H *om.* I

*112 / 113 M.*

pulo, unde Martianus Curitim debent memorare bellantes. [6] Hinc a cura hic **curio** nis .i. ille qui curam accipit de plebe, [7] et hic **curulis** lis .i. ille qui in Capitolio vel in theatro prepositus erat quod in hoc sensu in omnium fere comediarum Terentii fine reperies. Dicitur quoque curulis pro quadam stella que in Capitolio consulibus proprie dabatur, unde Lucanus vacueque curules. [8] Curio componitur **decurio** .i. ille qui preest decem viris, et decurio dicitur quasi de curia existens. [9] Item a cura hec **cura** e, [10] unde hec **curiola** e diminutivum, [11] et hic et hec **curialis** et hoc curiale, [12] unde **curialiter**, [13]et **curiatim** adverbia. [14] Item a cura **curo** as verbum neutrum quando est simplex quando vero componitur activum, [15] et componitur **procuro** as .i. curam de aliqua re suscipere, [16] et inde **procurator**, [17] **procuratus**, [18] **procuratio**. [19] Componiturque **accurro** as, [20] unde verbalia **accurator**, [21] **accuratio**, [22] **accuratus** quod comparatur accuratior accuratissimus, [23] unde **accurate** accuratius accuratissime adverbia. [24] Cura componitur **securus** a um .i. seorsum a cura quod componitur securior securissimus, [25] unde **secure** securius securissime adverbia, [26] et hec **securitas** tis.

C xxxvi [1] **Civis** is, [2] inde **civicus** a um, [3] et hic et hec **civilis** et hoc civile, [4] unde **civiliter** adverbium, [5] et hec **civitas** tis, [6] unde et hec **civitatula** le, [7] et pluraliter **procestria** orum per compositionem .i. loca extra civitatem secundum alios vero procestria dicuntur loca degradata per que murus ascenditur. [8] Item ab hoc nomine quod est civis **civico** as .i. civitatem colere verbum neutrum, [9] et **concivis**.

C xxxvii [1] **Colus** li aliquando dicitur pro conilla aliquando vero pro quodam intestino ex quo stercora prodeunt, [2] et tunc inde venit **colicus** a um .i. coli infirmitatem patiens, unde Macer de viribus herbarum illius semen co-

---

C xxxv **5** Mart. Cap. II 149 **7** Lucan. III 107: vacueque loco cessere curules

C xxxvii **2** Macer = Odo Magd. 120

---

**5** ⟨vero⟩ Curitim $P_2$ / bellantes: legentes A **6** plebe: populo φ **7** curulis: curilis $V_1$ / quod ... reperies *om.* φ / in omnium ... fine: in Terentio $P_1$ / curulis: curilis $V_1$ / stella: cella $P_1$ **8** viris: curiis $P_1$ **9** cura: curia *Mai* **13** ⟨similiter⟩ adverbia $P_1$ **14** quando: quod $V_1$ / est simplex: non componitur $P_1$ / quando: quum *Mai* **19** Componiturque *om.* φ **20** verbalia *om.* φ $P_1$ **21-22** *mutato ordine* $M_1$A **23** adverbia *om.* φ **24** componitur ⟨incuria⟩ H **25** adverbia *om.* φ

C xxxvi *om.* I
**2** um ⟨et hec civicula diminutivum⟩ $P_1$ **6** civitatula: civitacula $P_1$ civitaticula $P_2$ **7** loca: locus A / procestria *om.* φ **9** *om.* $P_2$

C xxxvii *om.* I
**1** aliquando ⟨pro nomine velleris⟩ $P_1$ / pro conilla: pro convilla $V_1$ *om.* $P_1$ **2** patiens: habens $P_1$ / de viribus erbarum *om.* $P_1$

*113 / 114 M.*

licis cum melle medetur; [3] et inde **colo** as activum .i. purgare quod etiam pro foras emittere dicitur et pro liquefacere, [4] et inde **colator** ris, [5] et **colatorius** a um, [6] et **colatus** a um, [7] et **colatio** is. [8] Et componitur **excolo** as, et inde verbalia.

[1] **Cieo** es cievi vel civi citum tu verbum activum .i. properare, [2] inde **citus** a um quod et pro veloci et pro agili dicitur, unde Terentius citus puer natus est e Pamphilo; et comparatur citior citissimus, [3] unde **cite**, [4] et **cito** citius citissime adverbia. [5] Et componitur **percitus** a um .i. valde citus, [6] et hec **citrus** ri .i. quedam arbor eo quod cito surgat, [7] et inde **citreus** a um .i. de illa arbore factus, unde Persius et quicquid denique lectis scribitur in citreis; [8] et **cito** as avi atum tu verbum neutrum .i. properare, [9] inde **citatus** a um quod comparatur citatior citatissimus, unde Statius Thebaidos ponens comparativum ait ilicet igne Iovis lapsisque citatior astris; [10] et inde **citate** citatius citatissime adverbia, [11] et **citatim**, [12] et **cito** similiter adverbium. [13] Cito verbum componitur **incito** as, [14] unde **incitator**, [15] **incitatus**, [16] **incitatio**, [17] **incitamentum**, [18] et hoc **incitabulum** li .i. incitatio, unde Plato incitabulum est ingenii et virtutis, si mens et corpus hominis vino flagret. [19] Item componitur **suscito** as, [20] unde **suscitator**, [21] **suscitatus**, [22] **suscitatio**. [23] Et componitur **resuscito** as, et inde verbalia. [24] Componitur quoque cito as **excito** as, [25] unde **excitator**, [26] **excitatus**, [27] **excitatio**, [28] **recito** as, [29] unde **recitator**, [30] **recitatus**, [31] **recitatio**, [32] et **recitamen** nis. [33] Notandum autem quod **cieo** dicitur pro vocare, unde Statius Thebaidos odit et amissos longo ciet agmine tauros. [34] Sciendum quoque quod dicimus etiam **cio** cis tertie coniugationis producte .i. pro vocare, [35] et illud componitur **concio** is concivi itum itu similiter pro vocare, [36] et inde **concitus** a um, [37] et hec **concio** nis .i. populi convocatio, [38] unde **concionor** aris verbum deponens .i. populum alloqui, [39] et inde **concionator** ris, [40] et **concionatus** a um, [41] et **concionatio** nis, [42] et hoc **concionabulum** li .i. locus C xxxviii

---

2 Ter. *Andr.* 486: scitus puer est natus Pamphilo  7 Pers. I 52-53  9 Stat. *Theb.* I 92
18 *non repperi*  33 Stat. *Theb.* III 52: odit et amissos longo ciet ordine tauros

---

3 liquefacere: aliquod purum facere $M_1A$ aliquid facere $P_2$  7 is ⟨et hec cola e .i. instrumentum cum quod lac purgatur⟩ $P_1$

C xxxviii *om.* I
1 properare: vocare $P_1$  2 e *om.* $P_1$  4 adverbia *om.* $M_1A$  6 .i. quedam arbor *om.* $P_1$  7 illa arbore: citro φ  8 et ⟨a supino citu u in o fit⟩ $P_1$ / avi atum tu verbum *om.* φ ⟨activum vel⟩ $P_1$  9 ponens comparativum ait *om.* φ / ilicet: ille $P_1$  12 similiter *om.* $HP_2$ / adverbium *om.* $P_2$  17 *om.* $φP_1$  18 et virtutis: virtutis $P_2$  20 *om.* $P_1$  23 *om.* φ / et inde verbalia: unde resuscitatus resuscitatio $P_1$  27 excitatio ⟨et excitamen nis⟩ φ  32 nis. ⟨Item cito componitur concito as, et exercito as⟩ $P_1$  33 pro vocare: provocare *Mai* / Thebaidos *om.* $P_1$  34 etiam *om.* *Mai* / tertie: quarte $P_2P_1$ / producte: producta $AP_2$ ⟨penultima⟩ φ *om.* $P_1$ / pro vocare: provocare *Mai*  35 pro vocare: provocare *Mai*  37 convocatio: vocatio $P_1$  42 *om.* HA / .i. ⟨consilium vel⟩ $P_1$

*114 / 115 M.*

conciliorum. [43] Item cio componitur **ascio** is .i. vocare, [44] unde **ascitus** a um, [45] et hec **ascitio** nis, [46] et **ascisco** is verbum frequentativum .i. sepe vocare. [47] Componitur quoque **accio** is, [48] unde **accitus** a um, [49] et **excio** is ambo pro vocare, [50] unde **excitus** a um cuius media syllaba quamvis longa sit secundum declinandi analogiam brevis tamen in auctoritate reperitur, unde Statius a t q u e h i c i n g e n t i C a p a n e u s M a v o r t i s a m o r e e x c i t u s , e t l o n g a m c o r d a i n d i g n a n t i a p a c e m. Salvanda est tamen auctoritas et dicendum non a tertia coniugatione .i. ab excio sed a secunda potius .i. ab exceo excitus esse dictum.

C xxxix [1] **Credo** is credidi tum tu verbum neutrum, [2] inde hic **creditor** ris, [3] et **creditus** a um, [4] unde hec **creditio** nis, [5] et hic et hec **credibilis** et hoc credibile, [6] unde **credibiliter** adverbium, [7] et componitur **incredibilis**, [8] unde **incredibiliter** adverbium. [9] Item a credo **credulus** a um, [10] unde hec **credulitas** tis. [11] Et componitur **incredulus**, [12] et hic **creditarius** rii .i. camerarius cui secreta creduntur, unde Iosephus in sexto decimo a l t e r l e c t u l i r e g i s c r e d i t a r i u s ; [13] dicimus hec **creditaria** e pro cameraria. [14] Credo componitur **concredo** is, [15] unde **concreditus** a um, [16] **discredo** is, unde Iosephus in secundo P u t i f a r e s n e q u e l a c r i m i s u x o r i s , n e q u e h i s q u e d i c e b a n t u r d i s c r e d e b a t ; [17] et inde **discreditus** a um.

C xl [1] **Cornu** nomen indeclinabile in singulari et pluraliter cornua, [2] inde hoc **corniculum** li .i. parvum cornu, [3] et **corneus** a um, [4] et **cornutus** a um, [5] et hec **cornus** ni pro quadam dura arbore cuius fructus cornua dicuntur. [6] Item a cornu hec **cornis** cis eo quod clamosa sit ut cornu, [7] et hec **corni-**

---

**50** Stat. *Theb.* III 598-600: atque hic ingenti Capaneus Mavortis amore | excitus et longam pridem indignantia pacem | corda tumens

**12** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XVI p. 467 *F.*: alter vero lectuli regis creditarius **16** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* II p. 37 *F.*: Putifares autem neque lacrimis uxoris neque his que dicebat illa vel videbat ipse, discredens

---

conciliorum ⟨in decretis Innocentii Pape [?] s i s t a t i m c r e d e n s d i c i m u s e i u s c o n t i o n a b u l o⟩ $P_1$ **43** Item ... .i. *om.* A / ascio: accio $P_2$ / vocare: advocare $P_1$ **44** ascitus: accitus $P_2$ **45-48** *om.* $V_1$ **46** frequentativum *om.* $M_1A$ / .i. sepe vocare *om.* $M_1AP_1$ **47-48** *om.* $P_2$ **49** ambo pro vocare *om.* $P_1$ / vocare: provocare *Mai* **50** quamvis: licet A / declinandi: derivandi $M_1A$ / in *om.* A / hic *om.* φ / tertia: quarta φ $P_1$ / .i. ab excio *om.* $P_1$ / ab *om.* $P_1$ / exceo: excieo φ $P_1$ / dictum ⟨unde quidam [?] a c i e o c i t u m n o n f a c i t i m m o c i t u m⟩ $P_1$

C xxxix *om.* I

**1** neutrum: activum $P_1$ **7-8** *om. Mai* **11** incredulus ⟨unde incredule adverbium⟩ $P_2$ **12** creduntur: committuntur $P_1$ / in sexto decimo *om.* $P_1$ **16** in secundo *om.* $P_1$

C xl *om.* I

**1** nomen *om.* $P_1$ **2** .i. parvum cornu ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **4** *om.* A **5** pro quadam: quedam $P_2$ / dura *om.* $P_1$ / arbore: arbor $P_2$ / cornua: corna H

**cula** e diminutivum, [8] et **corniculor** aris verbum deponens .i. vocem cornicis imitari, [9] quod etiam **cornicor** aris dicitur, unde Persius quid cornicaris inepte? et ab istis verbalia. [10] Cornu componitur hic **cornicen** nis .i. ille qui cum cornu canit, [11] et inde hec **cornicina** ne .i. femina cornu canens. [12] Componitur quoque **cornipes** dis quod pro equo dicitur, [13] et **corniger** a um, [14] et **bicornis**, [15] et **unicornis**.

[1] **Ceno** as avi atum tu verbum neutrum, inde verbalia, [2] et hec **cena** e, C xli
[3] unde hec **cenula** le diminutivum, [4] et hoc **cenaculum** li .i. domus cenantium, [5] et hoc **cenatorium** rii quod idem significat, [6] et **cenaticus** a um .i. ad cenam pertinens, unde Plautus in captivis est illic una spes cenatica mihi. [7] Cena componitur hic et hec **incenis** is .i. ieiunus quasi sine cena, unde idem Plautus in cassia cupiunt extrudere incenem ex edibus. [8] Componitur quoque cena hoc **cenopolium** lii .i. cellarium ubi poliuntur .i. ornantur cibi, unde et Plautus cum panem et vinum petimus ex cenopolio. [9] Item a ceno hoc **cenodochium** ii .i. domus in qua cenandi refugium est pauperibus, [10] et inde **cenodochiarius** .i. elemosinarius, [11] et hoc **cenobium** bii .i. congregatio ad cenandum in unum, [12] unde hic **cenobita** e .i. ille qui cenobium colit, [13] et **cenito** as verbum frequentativum .i. sepe cenare, unde Macrobius de Saturnalibus imperare cepit, ut patentibus ianuis pransitaretur, et cenitaretur; [14] et hic **cenobates** tis qui propter cenam super funem ambulat, unde Iuvenalis augur, cenobates, medicus, magus. [15] Item a ceno hoc **cenum** ni per antiphrasim eo quod minime cenetur, [16] et inde **cenosus** a um, [17] unde **cenose** adverbium, [18] et **cenulentus** a um quod comparatur cenulentior cenulentissimus, [19] unde **cenulente** cenulentius cenulentissime adverbia, [20] et hec **cenulentia** e .i. fetor. [21] Ceno componitur **conceno** as, et inde verbalia.

---

9 Pers. V 12: quid tecum grave cornicaris inepte C xl

6 Plaut. *capt.* 496  7 Plaut. *cas.* 776: cupiunt extrudere incenatum (incenem *var. l.*) ex edibus  8 Plaut. *asin.* 200: quom a pistore panem petimus vinum ex coenopolio  13 Macr. *Sat.* III 17,2: imperari cepit ut patentibus ianuis pransitaretur et cenitaretur  14 Iuv. III 77: augur, schoenobates, medicus, magus C xli

---

**10** cum *om.* φ  **11** femina ⟨que cum⟩ $P_1$ / canens: canit $P_1$  **14** *om. Mai*

C xli *om.* I
**1** avi atum tu *om.* φ  **4** cenantium: ubi cenatur $P_1$  **6** in captivis *om.* $P_1$  **7** quasi ... idem *om.* $P_1$ / in cassia *om.* $P_1$ / incenem: excenem $V_1$  **8** ornantur: parantur φ / cum *om.* $P_1$ / ex: a *Mai*  **10** .i. elemosinarius *om.* $V_1$  **11** ad cenandum: cenandi $P_1$  **12** colit: incolit $P_1$  **13** .i. sepe cenare *om.* $AP_1$  **15** ceno: cena A  **18** et cenulentus a um *om.* $V_1$  **19** adverbia *om.* φ  **20** fetor ⟨et hoc cenonium ii per compositionem quo cenum vehitur⟩ φ$P_1$  **21** et inde verbalia *om.* $P_1$

C xlii [1] **Cis** prepositio significat circum, [2] inde **citra** .i. intra et comparatur citerior citerrimus, [3] invenimus et **citimus** a um pro citerrimus teste Prisciano qui hoc affirmat. [4] Dicimus quoque **citer** a um pro interior et quasi positivus pro hoc nomine quod est citra, ut Cato c i t e r inquit a g n u s e r i t a l l i g a t u s a d s a c r a. [5] Item a cis secundum quosdam hoc **cimiterium** rii quia cis est tritum .i. circumtritum fossis mortuorum ibi factis vel secundum alios cimiterium dicitur, ex [5a] cimis Greco quod est dulcis, et [5b] sterion .i. statio et dicitur cimiterium quasi dulcis statio. Dicunt quidam quod cimiterium componitur ex tribus partibus ex cinere et mitto is et tero is. [6] Item a cis hec **citeria** e .i. effigies quedam ridiculi causa in forum allata, unde idem Cato l u d i s inquit p r o c i t e r i a; [7] et **citrosus** a um .i. crispus et decorus; unde Nevius p u l c r a m e x a u r o v e s t e m q u e c i t r o s a m.

C xliii [1] **Censeo** es ui itum tu verbum activum, [2] inde hic **censor** ris .i. iudex, [3] et hec **censura** e .i. iudicium, [4] et hic **census** us, [5] et inde hic **censorinus** a um, [6] et hic **censorius** rii ambo pro illo qui censum servat, [7] et hoc **centrum** tri .i. punctus. [8] Censeo componitur **succenseo** es quod pro irasci dicitur, [9] et inde **succensitus** a um .i. iratus, [10] et hec **succensio** is. [11] Componitur quoque **recenseo** es .i. numerare, [12] et inde hic et hec et hoc **recens** is .i. novus quod comparatur recentior recentissimus, [13] unde **recenter** recentius recentissime adverbia, [14] et **recensitus** a um .i. numeratus a um, [15] et hec **recensio** is.

C xliv [1] **Centum** nomen indeclinabile, [2] inde **centenus** a um, [3] et **centenarius** a um, [4] et **centesimus** a um, [5] et **centies** adverbium, [6] et hic **cento** nis .i. il-

---

3 Prisc. *G.L.K.* II 98, 22 *H.* 4 Cato *orat.* fr. 65,7: citer ager alligatus ad sacra erit 6 Cato *orat.* fr. 58, 14 7 Naev. *carm.* 10 pulchraque ⟨vasa⟩ ex auro vestemque citrosam

---

C xlii *om.* I
2 citra ⟨quod pro loco ponitur⟩ $P_1$ / .i. intra *om.* $P_1$ 3 teste Prisciano: quod posuit Priscianus $P_1$ / qui hoc affirmat *om.* $P_1$ 4 et quasi positivus *om.* $P_1$ / hoc nomine quod est *om.* $P_1$ 5 rii ... alios cimiterium *om.* $V_1$ / factis: stantis $M_1A$ / ⟨componitur ex tribus partibus⟩ dicitur, ex A / et dicitur cimiterium *om.* $P_1$ 6 forum: foro $P_1$ / ludis: ludit $P_1$ 7 pulcram: puram $V_1$ / citrosam ⟨etiam sciendum est quod in hoc differunt cis et citra. Cis enim tantum propris nominibus apponitur ubi cis renum. Citra vero appellativus ubi citra forum⟩ $P_1$

C xliii *om.* I
1 itum tu *om.* $P_1$ 6 rii: a um A 14 .i. numeratus a um *om.* $P_1$ / Claudianus Magnus libro quinto [XX 60] p r i s c a r e c e n s i t i s e v o l v i t e s e c u l a. In libro II de actibus Alexandri [?] e g r e d i t u r v a l l o v i r i d e s e f f u s a p e r a g r o s. I n f i n i t a p h a l a n x n u m e r u m q u e r e c e n s i t a v i n c i t; e c c e i n u n a a u c t o r i t a t e b r e v i s e s t p e n u l t i m a h u i u s *vix leg.* r e c e n s i t u s i n a l i a l o n g a *in marg.* H 15 ⟨a recenseo quod est IIII coniugationis. Priscianus [?] r e c e n s i t i s e v o l v i t e t e m p o r a f a t i s. Item a censeo⟩ et $P_1$ / is ⟨sive recensire .i. itero as, unde recensita solemnitas .i. iterata⟩ $P_1$

C xliv *om.* I
1 nomen *om.* $P_1$ / ⟨omnis generis⟩ indeclinabile $P_1$ 3 *om.* $V_1$

*117 M.*

le qui facit feltre, unde Iuvenalis intravit calidum veteri centone lupanar. Invenitur etiam cento dictum pro ipso feltre, unde Macrobius de Saturnalibus scrofe sub centonibus cadaver collocat super quos uxor cubat. [7] Item ab hoc nomine quod est centum hic **centurio** nis .i. ille qui centum preest viris, unde Persius dixerit hec inter varicosos centuriones; [8] et inde **centurio** as ordinare, [9] unde verbalia **centuriator**, [10] **centuriatus** a um, [11] **centuriatio**, [12] et hec **centuria** e .i. ducenta iugera in agris et centum homines in re militari, unde Horatius centurie seniorum agitant expertia frugis. [13] Et componitur **concenturio** as coordinare vel adiuvare, [14] et **succenturio** as succurrere vel ordinare, [15] et inde **succenturiatus** a um .i. succurrens vel ordinatus, unde Terentius in Formione ego in insidiis hic ero succenturiatus. [16] Ab hoc quoque nomine quod est centurio dicitur hec **accenturialis** per compositionem .i. fibula vel zona centurionis, unde Macrobius de Saturnalibus an centurialem ex muneribus afferri iussit eamque divisam in sudario recondi. [17] Centum componitur **centimanus** us, [18] et pluraliter **ducenti** e a, [19] unde **ducentesimus** a um, [20] **tricenti** e a, [21] unde **tricentesimus** a um. [22] Et componitur **centuplus** a um.

[1] **Celer** is comparatur celerior celerrimus a um, [2] unde **celeriter** celerius celerrime adverbia, [3] et hec **celeritas** tis, [4] et **celeriusculus** a um .i. aliquantulum celer diminutivum, [5] unde **celeriuscule** adverbium .i. cito, unde Cicero strenue quod volumus ostendere celeriuscule statim dicemus. [6] Item ab hoc nomine quod est celer **celero** as .i. maturare festinare sed non est in usu. [7] Et componitur **concelero** as, [8] et **precelero** as, C xlv

---

6 Iuv. VI 121 Macr. *Sat.* I 6, 30: scrofe sub centonibus cadaver collocat super quos uxor cubabat 7 Pers. V 189: dixeris haec inter varicosos centuriones 12 Hor. *ars* 341 15 Ter. *Phorm.* 229-230 16 Macr. *Sat.* I 23, 16: vitem centurialem deus ex muneribus in aede dedicatis deferri iussit divisamque in partes sudario condi C xliv

5 *reth. Her.* III 14, 24 C xlv

---

6 facit feltre: facit feltrum $P_1$ facit felire $V_1P_2$ ipso feltre: filtro φ $P_1$ ipso felire $V_1$ / de Saturnalibus *om.* $P_1$ / cubat (*Mai*): cumbat $V_1$ 7 dixerit: dixerat $M_1$ / inter: tibi $M_1$ / varicosos *et s.l.* vel validos $P_1$ 9-11 centuriator ... centuriatio *om.* $M_1$A 12 ducenta ⟨vel centum⟩ $P_1$ / centurie: centaurie A / frugis: frugum $M_1P_2$ 13 coordinare: coordino $P_1$ / adiuvare: adiuvo $P_1$ 14 succurrere: succurro $P_1$ / ordinare: ordino $P_1$ adiuvare A 15 et ... ordinatus *om.* $P_2$ / in Formione *om.* $P_1$ / ego in: ego $P_1$ / hic: huic $P_1$ 16 vel zona *om.* A / unde Macrobius *om.* $P_2$ / de Saturnalibus *om.* $P_2P_1$ / an centurialem: accenturialem *Mai* 21 um ⟨eodem modo dicitur quadringenti e a, unde quadringentesimus a um, et quingenti, unde quingentesimus, et sexcenti, unde sexcentesimus, septingenti, septingentesimus, octingenti, octingentesimus, nongenti, nongentesimus⟩ H 22 *om.* H / um ⟨et centuplim⟩ $P_1$

C xlv *om.* I

1 celer *et s.l.* hic et hec celeris et hoc celere H 2 adverbia ⟨alii dicunt hic celer hec celeris hoc celere⟩ $P_1$ *om.* φ 4 .i. aliquantulum celer *om.* $P_1$ / diminutivum *om.* $HP_1$ 5 statim: factum $P_2$ 6 maturare: naturalem A 7 *om.* $P_1$

[9] et **accelero** as, et ab istis verbalia. [10] Celer componitur **preceler**, [11] et **perceler** .i. valde celer.

C xlvi [1] **Circus** ci, [2] inde hic **circulus** li, [3] et **circulo** as .i. circumdare quod et pro decipere ponitur, [4] et inde **circulator** .i. deceptor, [5] et **circulatrix**, [6] et **circulatus**, [7] et **circulatio**, [8] et **circulatorius** rii .i. ille qui lectos tornatiles facit. [9] Item ab hoc nomine quod est circus **circiter**, [10] et **circa**, [11] et **circum**, [12] et **circumcirca** ima pars. [13] Circum componitur hic **circumforanus** ni .i. forum circuens, [14] et **circumscriptorie** adverbium .i. callide, [15] et **circumsepte** .i. caute acute. [16] Item ab hoc nomine quod est circus hic **circinus** ni .i. machinula que apud carpentarios circulum efficit, [17] et inde **circino** as .i. circuire, unde Ovidius metamorpheos in secundo inclinat cursus et easdem circinat auras; et inde verbalia, [18] et hic **circissarius** rii .i. ille qui circumcirca pergit, [19] et hic **circius** cii .i. ventus qui diverse circumvolat, [20] et hic **circites** is .i. circulus ex aere, [21] et hec **circanea** ee .i. quedam avis circuitum faciens in volando, [22] et pluraliter **circenses** ium .i. ludi quidam qui in Roma cum armatis fiebant et dicitur circenses quasi circum habens enses, unde Iuvenalis si potes avelli circensibus. [23] Circus componitur **circuo** is, [24] et inde hic **circuitus** us.

C xlvii [1] **Caper** ri secundum Ysidorum dicitur a carpendo sed quia plurima ex utrisque partibus derivantur placuit mihi utramque singularibus derivare, [2] inde hec **capra** e, [3] unde hec **capella** le diminutivum, [4] et **caperatus** a um .i. rugosus ad instar cornu capre, [5] et hec **caprea** ee eo quod sit capre similis, [6] et inde hec **capreola** e diminutivum, [7] et hic **capreolus** li quod et pro parvo dicitur capro et pro fustibus qui vineam sustentant quod Ysidorus affirmat. [8] Item ab hoc nomine quod est caper **caprinus** a um, [9] et hic et hec **caprilis** et hoc caprile. [10] Et per compositionem hic **capricornus** ni .i. ani-

---

**17** Ov. *met.* II 721 **22** Iuv. III 223

**1** *cf.* Isid. *orig.* XVII 5, 11 **7** *cf.* Isid. *orig.* XVII 5, 11

---

**9-10** et ... preceler *om.* $P_1$ **11** .i. valde celer *om.* $M_1A$

C xlvi *om.* I

**9-15** *post* 22 $P_1$ **11** circum ⟨ex quibus⟩ $M_1$ **12** ima: una $M_1A$ **13** circuens ⟨et circumscribo activum, unde verbalia, et circumscriptorius a um⟩ $M_1A$ **15** caute: capte $V_1P_2$ callide $M_1$ / acute *om.* $P_1$ **17** metamorphoseos *om.* $P_1$ / in secundo *om.* $AP_2P_1$ / auras ⟨Ovidius [Prud. *c. Symm.* I 324] circinus excurrens meta interiore laborat⟩ $P_1$ / et inde verbalia *om.* $P_1$ **19** .i. ventus *om.* $P_2$ **22** .i. ludi *om.* A / in Roma: Rome $P_1$ / cum armatis *om.* $P_1$ / habens: habentes $HM_1$ **24** us ⟨et hic circuitio, et circumdo, et circumfleo a quo circumfluus a um⟩ $P_1$

C xlvii *om.* I

**1** carpendo: carpendis $P_1$ ⟨virgultis⟩ $P_1$ / sed ... derivare *om.* $P_1$ / singularibus: singulariter H singulatim $AP_1$ sigillatim $M_1$ **7** qui: que H quibus φ / vineam: vinea φ / sustentant: sustentatur $AP_2$

*119 / 120 M.*

mal quoddam, quod et rhinoceros dicitur et dicitur capricornus quasi caprina habens cornua, [11] et hec **caprificus** ci .i. herba quedam que perforat mausolea, unde Persius et que semel intus innata est, rupto iecore exierit caprificus.

[1] **Caro** nis, [2] inde **carneus** a um, [3] et hic et hec **carnalis** et hoc carnale, [4] unde **carnaliter** adverbium, [5] et **carnulentus** a um .i. crassus, [6] et hec **carnulentia** e .i. crassitudo, [7] et hoc **carnarium** rii .i. locus ubi carnes reponuntur, unde Plautus tuo hec omnia fortasse in carnario dicis. [8] Item ab hoc nomine quod caro hec **carnula** le diminutivum, [9] quod etiam hec **caruncula** dicitur, unde Varro quivis potius homo quam caruncula nostra est. [10] Et per compositionem **incarno** as, [11] unde **incarnatus** a um, [12] et hec **incarnatio** nis, [13] et **carnifico** as, unde verbalia, [14] et hic **carnifex** cis, [15] et hec **carnificina** e .i. macellum, unde Plautus in captivis carnificinam hic facere possum perpetim. [16] Et componitur **excarnifico** as .i. dilacerare, unde Terentius in tertia comedia huiusmodi res semper comminiscere ut me excarnifices. [17] Item ab hoc nomine quod est caro hoc **corium** rii eo quod carnem tegat et dicitur corium quasi carnium, [18] et inde **coriolum** li diminutivum, [19] et **coriosus** a um .i. vestitus, [20] et hec **corrigia** e, [21] unde hec **corrigiola** le diminutivum, [22] et hic **coritus** ti .i. theca arcuum, quod in Statio Thebaidos reperies, [23] et hic **corintus** ti .i. repositorium sagittarum, unde Ovidius tristium in quibus est nemo qui non corinton et arcum; [23a] corinton accusativum Grecum posuit pro coryntum. [24] A corio quoque dicitur secundum Rabanum hec **cortina** e quia coriis prius utebantur sicut in tabernaculo, [25] et inde hec **cortinula** e diminutivum. C xlviii

[1] **Cutio** tis cussi .i. percutere sed non est in usu, [2] inde hec **cutis** is, [3] unde hec **cuticula** e diminutivum, [4] et **cutitus** a um .i. stupratus, [5] quod C xlix

---

**11** Pers. I 24-25 C xlvii

**7** Plaut. *Curc.* 324 **9** Varro *Men.* 31 **15** Plaut. *capt.* 132: carnificinam hunc facere possim perpeti **16** Ter. *heaut.* 812-813: huius modi mihi res semper comminiscere | ubi me excarnifices **22** Stat. *Theb.* VII 660 **23** Ov. *trist.* V 7, 15: in quibus est nemo qui non coryton et arcum **24** *non repperi* C xlviii

---

**10** et dicitur capricornus: immo sic dicitur $P_1$ **11** quedam *om.* $P_2P_1$

C xlviii *om.* I
**7** omnia *om.* $V_1$ / fortasse *om.* $P_1$ / dicis *om.* $P_1$ **8** *om.* $P_1$ / ⟨est⟩ caro *Mai* **9** ⟨diminutivum⟩ dicitur $P_1$ / ⟨tuo hec omnia⟩ quivis A / est ⟨quod etiam hec carnicula dicitur⟩ $P_1$ **13** unde verbalia *om.* $P_1$ **15** in captivis *om.* $P_1$ **16** dilacerare: laniare $P_1$ / in tertia comedia *om.* $P_1$ / huiusmodi: huius $P_1$ / semper *om.* $V_1P_2P_1$ / me *om.* $P_2P_1$ **19** coriosus: cariosus $V_1HM_1$ **23** tristium *om.* $P_1$ / corinton accusativum .... coryntum: Grecum accusativum pro nostro corinto $P_1$ / posuit *om.* $P_2$ **25** diminutivum *om.* $P_1$

C xlix *om.* I
**3** diminutivum *om.* $V_1H$ **4** .i. stupratus *om.* $AP_2$

componitur **recutitus** a um, unde Persius recutitaque sabbata palles. [6] Cutis componitur hic et hec et hoc **intercus** tis .i. illa res quam patimur inter carnem et cutem sicut infirmitatem vel malos humores vel aliquid huiusmodi, unde Cato intercutibus stupris obstinatus; [7] et inde **intercutitus** a um, [8] et **intercutaneus** a um, [9] et **intercutanus** a um omnes pro eo quod est intercus. [10] Componitur quoque cutis **subtercus** tis omnis generis .i. res existens sub cute, [11] et **subcus** tis similiter omnis generis, et in eodem sensu, [12] et **subcutaneus** a um, [13] et **subcutanus** a um ambo pro re que existit sub cute. [14] Cutio componitur **percutio** is, [15] unde hic **percussor** ris, [16] et **percussus** a um, [17] et hec **percussio** nis, [18] **excutio** is, [19] unde **excussor** ris, [20] et **excussus** a um, [21] et **excussio** nis, [22] **incutio** is, [23] inde **incussus** a um, [24] et **incussio** nis, [25] **discutio** is, [26] unde **discussus** a um, [27] et hec **discutio** nis, [28] **concutio** is, [29] inde **concussus** a um, [30] et **concussio** nis.

C l [1] **Cudo** is cussum su verbum activum .i. fabricare, unde Terentius argentum cudo, quod dem tibi, invenitur etiam pro tundere unde idem ait at hec in me cudetur faba. [2] Indę per compositionem hec **incus** dis .i. instrumentum illud super quod fabricatur, unde Statius innumera resonant incude Mycene; [3] et **cuso** as quod non est in usu, [4] sed componitur **accuso** as, [5] unde **accusator**, [6] **accusatus**, [7] et **accusatio**, [8] et **accusatorius** a um, [9] et **accusativus**. [10] Componitur quoque cuso **incuso** as, [11] et **recuso** as, [12] et **excuso** as, et ab istis verbalia, [13] et **excusatorius** a um.

C li [1] **Caveo** es cavi cautum tu verbum neutrum, [2] inde **cautus** a um quod comparatur cautior cautissimus, [3] unde **caute** cautius cautissime adverbia,

---

C lxix 5 Pers. V 184 6 Cato *orat.* fr. 40, 3

C l 1 Ter. *heaut.* 740-741 Ter. *eun.* 381: at enim istaec in me cudetur faba 2 Stat. *Ach.* I 414

---

**5** recutitaque: recutita A / sabbata: fabula $V_1$HA **6** infirmitatem: impetigo $M_1$A apostema $P_1$ / malos ... huiusmodi: morphea aut etiam scabies $M_1$A / vel aliquid huiusmodi *om.* $P_1$ **9** et ... omnes *om.* A$P_1$ **10** res existens: malum latens $P_1$ **11** et in eodem sensu *om.* $P_1$ **13** ambo ... cute *om.* $P_1$ **17** percussio (*Mai*): excussio $V_1$ **18-21** *om.* $P_1$ **19** *om.* $V_1P_2$ **22-24** *om.* $P_2$ **27** discutio: discussio $P_2$ **29-30** concussus ... nis: verbalia $P_1$

C l *om.* I

**1** is ⟨cussi⟩ $M_1$ / activum: neutrum $P_1$ / tundere (*Mai*): tondere $V_1$H / at: atque $P_2$ **2** innumera (*Mai*): eurois innumera $V_1$ **5-7** accusator ... accusatio: verbalia A **5** *om.* $P_1$ / unde ⟨verbalia⟩ $M_1$ **11** *om.* $M_1$A

C li *om.* I

**3** adverbia ⟨et per sincopam ablata u catus a um⟩ $P_1$ *om.* φ

*121 / 122 M.*

[4] et hec **cautela** le, [5] et hec **cautio** nis, [6] et **cautim** adverbium .i. caute, unde Terentius cautim et paulatim dabis si sapies. [7] Ab hoc nomine quod est cautus dicitur hoc **cauterium** rii ferrum quo uruntur infirmi eo quod caute teratur, [8] et hoc **cauteriolum** li diminutivum, [9] inde et **cauteriatus** a um .i. cauterio ustus quod et pro hoc nomine quod est durus dicitur, unde et Apostolus cauteriatam inquit habentes conscientiam; [10] et inde dicitur **causticus** a um .i. asper et durus, unde Macer de viribus herbarum a medicis vis caustica dicitur esse. [11] Item a caveo hec **cavilla** e .i. contentio rixa litigatio, unde Plautus pone hoc sis aufer cavillam, [12] et inde **cavillo** as .i. contendere, [13] unde **cavillator**, [14] **cavillatus**, [15] **cavillatio**. [16] Caveo componitur **precaveo** es.

[1] **Carpo** is carpsi carptum tu verbum activum, [2] inde **carptus** a um, [3] et C lii
**carptim** adverbium, [4] et hic **carpentarius** rii, [5] unde hic **carpentariolus** li diminutivum, [6] et hoc **carpentum** ti .i. quoddam genus curruum, unde Iuvenalis carpento rapitur pinguis Damasippus. [7] Item hec **Carmentis** tis .i. dea carminum, [8] unde et hoc **carmen** nis, [9] et inde **carmineus** a um, [10] et **carminor** aris .i. carmen facere, [11] et hic **cirpus** dicitur a carpo .i. iuncus, unde Terentius queris nodum in cirpo; [12] et inde **cirpeus** a um. [13] Item a carpo hic **carduus** ui et dicitur carduus quasi cardus, [14] et inde hec **carduelis** pro quadam ave, [15] et hic **cardo** is eo quod vertendo carpatur, [16] unde hic **cardinalis** is, [17] et hic **carbo** nis, [18] unde hic **carbunculus** li quod et pro carbone et pro lapide dicitur teste Prisciano; [19] et hic **carbonarius** rii. [20] Carpo componitur **decerpo** is, [21] unde **decerptus** a um, [22] et hec **decerptio** nis, [23] **excerpo** is, [24] unde **excerptus** a um, [25] et hec **excerptio** nis, [26] et **excerptorius** a um, [27] **discerpo** is, [28] unde **discerptus** a um, [29] et hec **discerptio** nis, [30] et **discerptorium**, [31] **discerptim** adverbium.

[1] **Coloro** as avi atum tu verbum neutrum, [2] inde **colorator**, [3] **coloratus**, C liii
[4] et inde **coloratio**, [5] et hic **color** ris per apocopam .i. per abscissionem de

---

**6** Ter. *heaut.* 870-871 **9** *I Tim.* IV 2 **10** *non repperi* **11** Plaut. *aul.* 638 C li

**6** Iuv. VIII 147: carpendo rapitur pinguis Lateranus (Damasippus *var. l.*) **11** Ter. *Andr.* 941: nodum in scirpo queris **18** Prisc.] *cf.* Hier. *in Is.* VI 6 C lii

---

**7** uruntur: utuntur A / infirmi ⟨et dicitur cauterium⟩ H φ **9** inquit *om.* *Mai* / conscientiam (*Mai*): consciam $V_1M_1A$ **10** de viribus herbarum *om.* $P_1$ **11** rixa litigatio *om.* $P_1$ / hoc: hic $P_1$ / sis *om.* $P_1$ / aufer: vafer $P_1$ **13-15** cavillator ... cavillatio: verbalia $M_1A$

C lii *om.* I
**11** iuncus: vincus $V_1$ / ⟨tu⟩ queris $P_1$ **13** ui ⟨quedam herba quam asini comedunt⟩ φ / et dicitur carduus *om.* $P_1$ *Mai* **14** pro quadam ave: quedam avis φ $P_1$ **15** eo quod vertendo carpatur *om.* A / vertendo carpatur: carpendo vertatur $P_1$ **16-17** *om.* A **18** et pro carbone et *om.* $P_2$ / carbone: arbore $P_2$ **26** *om.* $M_1A$ **28** discerptus (*Mai*): disceptus $V_1$ **30** *om.* φ $P_1$

C liii *om.* I
**1** verbum neutrum *om.* φ / neutrum: activum $P_1$ **2-4** inde ... coloratio: unde verbalia $M_1A$
**5** .i. per abscissionem de fine *om.* φ

fine, [6] unde secundum Rabanum hec **columba** e propter diversos quos habet in collo colores, [7] et inde **columbinus** a um, [8] et hec **columbula** le diminutivum. [9] Et color componitur hic et hec **bicolor** ris, [10] unde **bicoloratus** a um, [11] et hic et hec **tricolor** ris, [12] unde **tricoloratus** a um, [13] et hic et hec **multicolor** ris, [14] unde **multicoloratus** a um, [15] et hic et hec **discolor** ris, [16] unde **discoloratus** a um, [17] et hic et hec **unicolor** ris, [18] unde **unicoloratus** a um. [19] Componitur quoque **rubricolor** ris, [20] et **albicolor**, [21] et **diversicolor** et ab istis denominativa secundum supradictam analogiam. [22] Coloro componitur aliter **concoloro** as.

C liv [1] **Clareo** es ui verbum neutrum et caret supinis, [2] inde **clarus** a um quod comparatur clarior clarissimus, [3] unde **clare** clarius clarissime adverbia, [4] et **claritas** tis, [5] et hec **claritudo** nis, [6] et hic **clarius** rii .i. sol eo quod clarus sit, unde Martianus Capella crescebat votis quod multa eam Clarius conciliatione devinxerat. [7] Item a clareo **claresco** is verbum incoativum. [8] Et per compositionem **clarifico** as, unde verbalia, [9] et hic **clerus** ri eo quod sit clarus, [10] unde hic **clericus** ci, [11] et hic et hec **clericalis** et hoc clericale, [12] et hic **clericatus** us, [13] et hec **clericitas** tis, [14] et hec **clerimonia** e idem est quod clericitas. [15] Notandum quoque quod clerus secundum alios dicitur ab hoc nomine quod est **cleros** .i. sors eo quod sit Deo sortitus, [16] unde et **nauclerus** dicitur qui navem in sortem habet sed de hac parte alibi plenius dicam. [17] Clarus componitur **preclarus**, [18] et **quamclarus** ambo pro valde clarus.

C lv [1] **Cibor** aris verbum deponens, inde verbalia, [2] et **cibatorius** a um, [3] et hic **cibatus** us .i. comestio, unde Macrobius de Saturnalibus in hoc convivio fabulemur, non de cibatu tantum; [4] et hic **cibus**, [5] unde **cibosus** a um .i. cibo plenus, [6] et hoc **ciborium** rii quoddam vas ad ci-

---

C liii 6 *non repperi*

C liv 6 Mart. Cap. I 34: accrescebat votis, quod multa eam Clarius conciliatione devinxerat

C lv 3 Macr. *Sat.* VII 4, 1: haec apta convivio fabulemur, nec de cibatu tantum

---

**15-16** *om.* $P_1$ **19** rubricolor: rubicolor $M_1P_2P_1$ **21** supradictam *om.* φ **22** aliter *om.* $M_1P_1$ / concoloro as: concolor $P_1$ ⟨et decoloro as⟩ $M_1A$

C liv *om.* I

**3** adverbia *om.* φ **6** Capella *om.* $P_1$ **7** incoativum: frequentativum $V_1HP_2$ **8** as ⟨et perclareo es⟩ $P_1$ **14** est *om.* $HP_1$ / quod clericitas *om.* $P_1$ **15** clerus (*Mai*): clarus $V_1M_1P_1$ **16** sortem: sorte A / sed ... dicam *om.* $P_1$

C lv *om.* I

**1** Cibor aris: Cibo as $P_1$ *et s.l.* cibo as activum $M_1$ / deponens: activum $P_1$ **3** de Saturnalibus *om.* $P_1$ **6** quoddam ⟨genus⟩ $P_2$ *om.* $P_1$ / vas: vasis $P_2$

*123 / 124 M.*

bos deferendos, unde Horatius in odis oblivioso levia massico ciboria exple. [7] Item a cibor hoc **cibarium** rii .i. cibus, [8] et pluraliter **cibe** arum .i. tessere quadrate, [9] et hec **Cibeles** is .i. mater deorum, [10] et hec **cil liba** e .i. mensa cibatoria quod etiam potest dici a cillendo .i. movendo. [11] Cibor componitur **concibor** ris, unde verbalia.

[1] **Cumulo** as avi tum tu verbum activum, inde verbalia, [2] et **cumulatim** C lvi
adverbium .i. congestim, [3] et **cumulus** li, [4] et hic **culmus** mi .i. folliculus grani, [5] et hoc **culmen** nis, [6] unde **culmineus** a um, [7] et **culmino** as .i. exaltare, et inde verbalia. [8] Item a cumulo hic **culponeus** ei .i. rusticanum calciamentum, [9] et pluraliter **culmites** tum .i. divites qui sibi divitias accumulant, [10] et per antiphrasin hec **cuma** e .i. brevis dictio, [11] unde **cumaticus** ci .i. versificator. [12] Cumulo componitur **decumulo** as, [13] et **accumulo**, as et ab istis verbalia.

[1] **Crinis** is, [2] inde **criniculus** li diminutivum, [3] et hic **crinius** nii .i. sol C lvii
propter radios quos habet vice crinis, [4] et **crineo** es verbum neutrum, [5] unde **crinesco** is, [6] et **crinitus** a um. [7] Crinis dicitur alio modo hic **cirrus** ri quod proprie pro plicatura dicitur capillorum, unde Prudentius in sicomachia crinibus extructos augeret ut addita cirros; [8] et inde **cirratus** a um .i. crinitus, unde Persius ten cirratorum centum dictata fuisse pro nihilo pendas? [9] Et hec **cirris** is .i. quedam avis, [10] que aliter dicitur **alauda**, unde Ovidius metamorphoseos in avem mutata vocatur cirris.

[1] **Capio** is cepi captum tu verbum activum, [2] inde **captus** a um, [3] et hec C lviii
**captio** nis, [4] et hec **captura** re, [5] et hic et hec et hoc **capax** cis quod comparatur capacior capacissimus, [6] unde **capaciter** capacius capacissime adverbia, [7] et hec **capacitas** tis, [8] et **capaculus** a um .i. aliquantulum capax

---

**6** Hor. *carm.* II 7, 21-22 C lv

**7** Prud. *pysch.* 184 **8** Pers. I 29-30: cirratorum centum dictata fuisse | pro nihilo pendes? (pendas *var. l.*) **10** Ov. *met.* VIII 150-151 C lvii

---

deferendos ⟨aptum⟩ $P_2P_1$ / in odis *om.* $P_1$ / oblivioso: obliviosa A / levia massico (*Mai*): levi amasico $V_1$ **7** cibor: cibo $P_1$ **10** ⟨a⟩ movendo $P_1$ **11** Cibor: Cibo $P_1$ / concibor ris: concibo $P_1$ / verbalia ⟨alii dicunt cibor aris verbum deponens⟩ $P_1$

C lvi *om.* I
**1** avi tum tu *om.* $P_1$ **2** .i. congestim *om.* $P_1$ **8** cumulo: culmo *Mai* / ei: a um $P_2$

C lvii *om.* I
**5** is ⟨verbum incoativum⟩ $P_1$ **7** plicatura: plicaturis $P_1$ / extructos: extractos $P_2$ / augeret: auget $V_1M_1$ / ut: velut *Mai* **8** pro nihilo (*Mai*): pro nihilo nihilo $V_1$ **10** metamorphoseos ⟨in IX⟩ Hφ *om.* $P_1$

C lviii *om.* I

diminutivum, [9] et **capesso** is verbum frequentativum quod et pro capere et pro cupere dicitur, unde Augustinus de civitate Dei in secundo cum tragedias adolescens actitavisset rem publicam capessivit. [10] Item a capio **capto** as tum tu verbum frequentativum quod et pro frequenter capere et pro cupere dicitur, et inde verbalia, [11] et hic **capsus** si .i. carruca undique convecta eo quod multa capiat, [12] et hec **capsa** se cista ubi aliquid reponitur que etiam pro qualibet domo parva dicitur, unde Horatius et una cum scriptore meo capsa protectus operta; [13] et inde hec **capsula** le, [14] et hec **capsella** le diminutiva ambo. [15] Dicimus quoque hec **capis** is .i. quoddam vas, unde Aruntius capis, inquit, est quoddam genus vasis pontificalis, [16] et facit diminutivum hec **capidula**. [17] Invenimus etiam **capi** indeclinabile pro quadam mensura sicut in libro regum reperimus. [18] Item a capio **captivus** a um, [19] unde hec **captivitas** tis, [20] et **captivo** as verbum activum, [21] unde **captivator**, [22] **captivatus**, [23] **captivatio**, [24] et hec **captentula** le .i. subtilis verborum deceptio sicut sophismata sunt. [25] Item a capio hic **capulus** li, [26] et hec **cappa** e, [27] unde hec **capula** le, [28] et **cappatus** a um, [29] et hoc **capitium** ii .i. os cappe et os tunice, unde in libro beati Iob dicitur et quasi capitio tunice succinxerint me. [30] Item a capio hoc **capistrum** tri, [31] unde **capistro** as verbum activum, [32] et inde **capistratus** a um, [33] et hoc **capisterium** rii pro quodam vase de quo frumentum purgatur. [34] Et a preterito cepi hoc **ceptrum** tri, [35] quod componitur **ceptriger** a um, [36] et hic **cipio** nis dicitur ab eodem preterito .i. baculus ad capiendum aptus, unde Plautus in Amphitrione verbero, aut muttito, aut ego iam te legam hoc scipione; idem quoque Plautus de eodem ait in aularia ego hoc argentum tam paratum filio scio esse, quam me contundi hot scipione. [37] A preterito etiam dicitur pluraliter **cepedines** num .i. saxa scilicet in mari et que prominent in preruptis, [38] et hic **cippus** pi .i. illud in quo pedes reorum constringuntur, [39] et **cepio** is cepi tum tu .i. incipere, unde Cato cepiam semesa verba loqui; hinc etiam Terentius sex totis mensibus olfecissem quam ille quicquam ceperet. [40] Item a capio

---

**9** Aug. *civ.* II 11 **12** Hor. *epist.* II 1, 268: et una cum scriptore meo capsa porrectus operta **15** Aruntius (Prisc. *G.L.K.* I 251, 12 *H.*): Arruntius: capis, vasis genus pontificalis **17** *non repperi* **29** *Iob* XXX 18 **36** Plaut. *Amph.* 519-520: verbero aut muttitio | quoi ego iam hoc scipione Plaut. *asin.* 123-124: nam ego illuc argentum tam paratum filio | scio esse quam me hunc scipione contudi **39** Cato *orat. inc.* fr. 73, 15: coepiam seditiosa verba loqui Ter. *ad.* 397

---

**9** is: as $V_1$ / in secundo *om.* $P_1$ **10** capio ⟨captu u in o fit⟩ $P_1$ / quod ... capere *om.* $P_1$ **12** que: quod H / qualibet: aliqua HA / et *om.* $P_1$ **17** reperimus: reperies φ **24** sunt *om.* $P_1$ **27** capula: cappula *Mai* **29** os tunice: tunice HA / unde ... me *om.* $P_1$ **33** pro quodam vase: quodam vas $P_1$ / de *om.* $P_1$ **35** ceptriger, Ovidius epistularum de Adriagna [II 80] nam nec immundeo fruitur meliore marito inquit capistratis tigribus alta sedet *in marg.* H **36** dicitur ab eodem preterito *om.* $P_1$ / in Amphitrione *om.* $P_1$ / legam: ledam φ $P_1$ / Idem ... scipione *om.* $P_1$ **37** pluraliter *om.* φ **38** .i. illud *om.* $M_1AP_1$ / in *om.* $M_1A$ **39** incipere: accipere **A** ⟨et supini ceptum tu⟩ $P_2$ / quicquam: quicquid $P_1$ / ceperet. ⟨Bis duo sunt odi novi cepi meminique que retinent sensum presentis preteritique⟩ $P_1$

*125 / 126 M.*

hoc **caput** *tis,* [41] unde hoc **capitulum** *li,* [42] et hoc **capitellum** li *diminutiva,* [43] et hoc **capital** lis .i. sententia de capite puniendo, unde Terentius in adelphos nova, inquit, capitalia. [44] Capitulum componitur **recapitulo** as, [45] unde **recapitulatus,** [46] **recapitulatio.** [47] Item ab hoc nomine quod est caput **capitulatim** *adverbium,* [48] *et hic et hec* **capitalis** *et* hoc capitale, [49] et hec **caprona** e .i. iuba equina eo quod capiti sit prona, [50] et hic **capillus** li, [51] unde **capillosus** a um, [52] et **capillatus** a um, [53] et hec **capillatura** e, [54] et hoc **capillamentum** ti, [55] et hoc **capillitium** ii .i. capillatura, unde Martianus Capella draconibus circumplexa crebro et capillitio avulsa. [56] Caput componitur **biciput** tis .i. geminum caput, [57] et **occiput** tis .i. ulterior pars capitis, unde Persius occipiti ceco postice occurrite sanne. [58] Componitur quoque caput hoc **sinciput** tis .i. prior pars capitis, unde Iuvenalis comedam, inquit, flebile nati sinciput elixi. [59] Item ab hoc nomine quod est caput hoc **capitulum** li .i. quoddam genus mitre tegens caput, [60] sic et **caliptra** tre, [61] et hoc **capedulum** li. [62] Et per compositionem **decapito** as, [63] unde **decapitatus** a um, [64] et **decapitatio** nis. [65] Item a capio hoc **Capitolium** lii, [66] unde **Capitolinus** a um .i. de Capitolio existens, [67] et hec **capax** cis .i. vas XII sextariorum, [68] et hec **capedo** nis .i. ingenium vel studium vel spatium. [69] Et componitur hec **intercapedo** nis .i. intervallum, unde Augustinus de civitate Dei quanta diis ab infimis intercapedine dispescant. [70] Capio componitur **accipio** is, [71] unde **acceptus** a um, [72] et hic **accipiter** tris pro quadam ave, [73] et **accepto** as .i. appretiari, unde verbalia. Et sciendum quod acceptus comparatur acceptior acceptissimus, [74] unde **accepte** acceptius acceptissime adverbia. [75] Componitur quoque **suscipio** is, [76] unde **susceptus** a um, [77] et hoc **susceptaculum** li .i. domus vel locus ubi alicuius rei sit susceptio, [78] et **suscepto** as .i. frequentativum, unde verbalia, [79] **recipio** is, [80] unde **receptus** a um, [81] et **recepto** as, [82] et hoc **receptaculum** li, [83] **occipio** is .i. incipio, unde Ambrosius super Egisippum presentium insolens extollere sese occeperat; [84] et inde **occeptus** a um, [85] **concipio** is, [86] unde **conceptus** a um, [87] et hec **conceptio** nis, [88] unde hic et hec **conceptionalis** et hoc conceptionale, [89] et **conceptus** us, [90] unde **conceptivus** a um, [91] **decipio** is, [92] unde **deceptor,** [93] **deceptus,** [94] **deceptio,** [95] **deceptorius** a um,

---

**43** Ter. *ad.* 723 **55** Mart. Cap. II 181: draconibus circumflexa crebroque capillitio vulsa **57** Pers. I 62 **58** Iuv. XIII 84-85 **69** Aug. ] Apul. *Socr.* IV 127: cum et habitacula summa ab infimis tanta intercapedo fastigi dispescant **83** Ambrosius = Heges. I 40,2

---

**41** hoc *om. Mai* **42** et hoc capitellum li *om.* $V_1$ / diminutiva: diminutivum $V_1$ **43** in adelphos *om.* $P_1$ / nova (*Mai*): nona $V_1$ / capitalia ⟨et hec capitula e⟩ *Mai* **44** capitulum: capitulo $M_1$ **55** Capella *om.* $P_1$ / crebro et: crebroque H / avulsa: vulsa $HP_2P_1$ **56** biciput: sinciput *Mai* / .i. geminum caput *om.* $V_1$ **57** et occiput tis *om.* $V_1$ / ulterior: prior H / unde ... sanne *om.* $V_1$ **58** Componitur ... capitis *om.* $V_1$ / prior pars capitis *om.* H **59** capitulum: capullulum HA / mitre *om.* $V_1$ **63-64** *om.* $P_1$ / decapitatus ... nis: verbalia A **68** nis ⟨.i. intervallum⟩ $P_2$ **69** hec *om. Mai* / dispescant: distant $P_1$ **72** pro quadam ave: quedam avis $AP_2$ ⟨a cuius supino u in o fit⟩ $P_1$ **73** appretiari ⟨a quo acceptabilis acceptabile⟩ $P_1$ **74** adverbia *om.* $AP_2$ **78** frequentativum: .i. frequenter suscipere π **79** recipio: decipio *Mai* **92-94** deceptor ... deceptio: verbalia $M_1A$

[96] et hec **decipula** le .i. artificiosum opus quod ad aliquid decipiendum efficitur, [97] sicut **muscipula** ad mures capiendos, [98] **precipio** is, [99] unde **preceptor**, [100] **preceptus** a um, [101] **preceptio** nis, [102] et hoc **preceptum** ti, [103] et hic **preceptus** us, unde Macrobius de Saturnalibus n i h i l  h u i c  o p e r i  i n s e r t u m  p u t o ,  a u t  c o g n i t u  i n u t i l e ,  a u t  d i f f i c i l e  p r e c e p t u . [104] Componitur quoque capio **incipio** is, [105] unde **inceptus** a um, [106] et hec **interceptio** nis, [107] et **intercepto** as frequentativum, [108] **excipio**, [109] unde **exceptus** a um, [110] et **exceptio** nis, [111] et **exceptorius** a um, [112] **intercipio** is, [113] unde **interceptus** a um, [114] et **interceptio** nis. [115] Componitur etiam capio hic **princeps** is quasi primas capiens, [116] et inde **principor** aris verbum deponens, unde verbalia, [117] et hoc **principium** ii, [118] et hic et hec **principalis** et hoc principale, [119] unde **principaliter** adverbium. Componitur capio cum multis aliis partibus que alibi aptius dicentur hec autem tantummodo sufficiant.

C lix [1] **Clino** as quod non est in usu, [2] sed inde dicimus per compositionem hoc **triclinium** nii .i. domus convivantium trina sessione ordinata, [3] unde per compositionem hic **architriclinus** ni .i. princeps residentium in illa domo, [4] et **interclinus** a um, unde Ambrosius super Egisippum c i v i t a s  p r e r u p t a  u n d i q u e  p r o p r i e  e r a t  i n t e r c l i n a  r u p i b u s . [5] Item a clino per compositionem hoc **diversiclinium** nii .i. locus ubi diverse vie coniunguntur, [6] quod aliter dicitur hoc **etheroclitum** tii, unde Plautus i g n o t i  i t i n e r i s  s u m u s ,  t u t e  s c i s  q u e  s i n t  e t h e r o c l i t a . [7] Clino componitur **reclino** as, [8] unde **reclinatus** a um, [9] et hic et hec **reclinis** nis, [10] vel **reclinus** a um, [11] et hoc **reclinatorium** rii, [12] **acclino** as, [13] unde **acclinatus** a um, [14] et hic et hec **acclinis** is, [15] et **acclinus** a um, [16] et hoc **acclinatorium** rii, [17] **inclino** as, [18] unde **inclinatus** a um, [19] et hec **inclinatio** nis, [20] et hic et hec **inclinis** is, [21] et **inclinus** a um, [22] **declino** as, [23] unde **declinatus** a um, [24] et hec **declinatio** is, [25] et **declinativus** a um.

---

**103** Macr. *Sat.* praef. 11

**4** Ambrosius = Heges. III 9,5: civitas preruptis undique prope erat interclusa rupibus **6** Plaut.] Prisc. *G.L.K.* II 229,6 *H.*: Naevius in Lycurgo: ignoti itineris sumus tute scis quae sunt heteroclita

---

**96** decipiendum: recipiendum $P_2$ **97** muscipula: musipula $V_1$ **99-101** preceptor ... nis: verbalia $M_1A$ **103** huic operi *om.* $V_1$ / huic: hec $P_1$ / insertum: multum $P_1$ / inutile: utile $P_1$ / preceptu. ⟨Percipio quoque ab accipio et anticipo as, et a recipio receptus a um⟩ $P_1$ **105** um ⟨incepto as frequentativum⟩ $P_1$ **106-107** *om.* $P_1$ **106** *om.* $M_1$ / interceptio: inceptio $AP_2$ **107** intercepto: incepto $HAP_2$ *Mai* / frequentativum: .i. sepe incipere π $P_1$ **116** verbum deponens *om.* $AP_1$ / unde verbalia *om.* $P_1$ **117** *om.* $P_1$ **119** adverbium ⟨et principatus us ui⟩ H ⟨Item a capite capito nis, et capitoneus a um, et capulus li. Item a capite preputium ii, et campus pi, inde hic et hec campestris campestre. Item componitur capicereus rii, et anceps is, biceps tis, triceps, muriceps, particeps et municeps⟩ $P_1$ / Componitur ... sufficiant *om.* $P_1$ / aptius: apertius A melius $P_2$ / dicentur: dicuntur A / tantummodo: modo $HAP_2$

C lix *om.* I

**3** residentium (*Mai*): presidentium $V_1H\varphi P_1$ **5** vie *om.* $V_1P_1$ / coniunguntur: iunguntur A **6** etheroclitum tii: heteroclirium rii *Mai* / ignoti: diversi $P_1$ / sint: sunt $P_2$ / etheroclita: ceroclita $V_1$ heteroclita *Mai* **8** um ⟨reclinatio⟩ $P_1$ **9-10** *om. Mai* **21** um ⟨et hoc inclinatorium⟩ $P_1$ **24** is ⟨et hic et hec declinabilis et hoc declinabile. Componitur quoque indeclinabilis⟩ $\varphi P_1$

*128 M.*

[1] **Clepo** is clepsi cleptum tu verbum neutrum .i. furari, unde Prudentius de sicomachia quod rapere et clepere est; [2] et inde hic **cleps** tis .i. fur, [3] et **cleptus** a um .i. furatus quod etiam pro gibbo dicitur, [4] et hec **clepsidra** dre .i. dyotillus li quia odit foramen dolii et imo dicitur a clependo .i. furando quia per illud potus furatur. C lx

[1] **Certus** a um comparatur certior certissimus, [2] unde **certe** certius certissime adverbia, [3] et hec **certitudo** nis, [4] et hic **cerdo** nis .i. parmentarius rii, unde Persius tollat sua munera cerdo. [5] Item ab hoc nomine quod est certus **certo** as verbum neutrum, unde verbalia, [6] et hoc **certamen** nis, [7] et **certatim** adverbium. [8] Et per compositionem hic **cercopa** e .i. certator, et dicitur cercopa quasi certans copiose. [9] Certo componitur **recerto** as, [10] **decerto** as, [11] **concerto** as, et ab istis verbalia. [12] Certus componitur **quamcertus**, [13] et **certifico** as, unde verbalia. C lxi

[1] **Copia** e, [2] inde hec **copiola** e diminutivum, [3] et **copiosus** a um quod comparatur copiosior copiosissimus, [4] unde **copiose** copiosius copiosissime adverbia, [5] et hec **copiositas** tis, [6] et hec **cops** indeclinabile .i. copia, [7] unde **copsus** a um, [8] et hec **copona** *ne* .i. taberna e, [9] *que* et **caupona** ne, [10] et inde **caupo** nis .i. tabernarius, [11] et hic **cauponarius** rii in eodem sensu, [12] et **cauponor** aris verbum deponens .i. vendere, unde in decretis Romani concilii sint igitur nobis anathema, eo quod verbum veritatis videntur cauponari; [13] et inde **cauponator**, [14] **cauponatus**, [15] **cauponatio**. [16] Sciendum etiam quod **caupona** non solum pro taberna sed pro poculorum venditrice dicitur. C lxii

---

1 Prud. *psych.* 562 C lx

4 Pers. IV 51 C lxi

12 Decret. Rom. Conc] Cassiod. hist. IV 24 p. 972 D. C lxii

---

C lx *om.* I
1 clepsi *om.* A / .i. furari *om.* A 4 dyotillus (*Mai*): dotillus $V_1$H dosillus $M_1P_2$ dosil $P_1$ / quia: qui $P_2$ / furatur ⟨vinum⟩ $P_1$

C lxi *om.* I
2 adverbia *om.* φ 11 concerto as *om.* $P_2$ 12-13 *om.* $V_1$ 13 unde verbalia *om.* $P_1$

C lxii *om.* I
3 quod comparantur copiosior copiosissimus *om.* $V_1$ 4 adverbia *om.* φ 8 copona: caupona A 11 et hic cauponarius rii *om.* $P_2$ / in eodem sensu *om.* A 12 verbum deponens *om.* φ / unde ... cauponari *om.* A 13-15 et ... cauponatio: unde verbalia $M_1$ *om.* A 16 solum: tantummodo φ

*129 / 130 M.*

C lxiii [1] **Cerno** verbum neutrum cuius preteritum facit crevi sicut a cresco, unde Plautus cum ego te amavi, mea Antiphila, et mihi esse amicam crevi; [2] et inde **cernuus** a um .i. inclinatus a um, [3] et **cernulus** a um .i. ingeniosus. [4] Cerno componitur **discerno** is, [5] unde **discretus** a um, [6] et **discretio** nis, [7] et **discrete** adverbium, [8] et hoc **discerniculum** li .i. ornamentum virginale vel acus cum quo discernit .i. dividit capillos, [9] et **discreto** as .i. dividere verbum activum, et inde verbalia, [10] et **discretivus** a um .i. discretus. [11] Item componitur **secerno** nis .i. separare, [12] unde **secretus** a um, [13] et inde **secreto**, [14] et **secretim** adverbia, [15] et hoc **secretum** ti, [16] et hic **secretarius** rii, [17] et hoc **secretarium** rii .i. locus ubi dantur secreta. [18] Componitur etiam **decerno** nis, [19] unde **decretus** a um diiudicatus, [20] et hoc **decretum** ti.

C lxiv [1] **Cupio** is vi vel cupii cupitum tu verbum neutrum, [2] inde **cupitus** a um, [3] et **cupidus** a um quod comparatur cupidior cupidissimus, [4] unde **cupide** cupidius cupidissime adverbia, [5] et hec **cupiditas** tis, [6] et **cupidulus** li .i. aliquantulum cupidus, [7] et hec **cupedia** e .i. cupiditas edendi et bibendi, unde Augustinus in libro de doctrina Christiana fieri potest ut sine aliquo vitio cupedie vel voracitas pretiosissimo cibo sapiens utatur. [8] Item a cupio **cupidiosus** a um .i. cupidus, [9] et pluraliter **cuppes** pium .i. cibi lautiores, unde potest oriri cupido, [10] et hec **cupido** nis quando est pro cupiditate, [11] quando vero est pro deo dicimus hic **Cupido**, [12] et tunc inde venit **cupidineus** a um. [13] Item a cupio hic **cupidenarius** rii per compositionem .i. denariorum cupidus, unde Terentius in eunucho cuncurrunt leti obviam mihi cupidenarii; [14] et **cupisco** is verbum inchoativum, [15] quod componitur **concupisco** is, [16] unde **concupiscitus**, [17] et hic et hec et hoc **concupiscens** tis quod comparatur concupiscentior concupiscentissimus, [18] unde **concupiscenter** concupiscentius concupiscentissime adverbia, [19] et hec **concupiscentia** e. [20] Cupio componitur **concupio** is.

---

C lxiii 1 Plaut. *cist.* 2: Quom ego antehac te amavi et mi amicam esse crevi

C lxiv 7 Aug. *doctr. christ.* III 12,19: Fieri enim potest, ut sine aliquo vitio cupediae vel voracitas pretiosissimo cibo sapiens utatur 13 Ter. *eun.* 256: concurrunt laeti mi obviam cuppedenarii

---

C lxiii *om.* I

**1** neutrum: activum $P_1$ / cuius preteritum facit *om.* $P_1$ / sicut a cresco *om.* $P_1$ / mea: me A **8** quo: aqua $P_2$ / .i. dividit *om.* φ / capillos ⟨et a supino u in o⟩ $P_1$ **10** discretivus: discretus A **11** separare ⟨verbum activum⟩ φ **13** secreto: secretio $V_1$ **14** secretim ⟨ambo⟩ $M_1P_2$ **19** diiudicatus: dividicarius *Mai*

C lxiv *om.* I

**1** neutrum: activum $P_1$ **4** adverbia *om.* φ **6** li: a um $AP_2$ / .i. aliquantulum cupidus *om.* $P_1$ **7** et bibendi *om.* $V_1$ **10** quando est pro cupiditate *om.* *Mai* **11** est *om.* $HM_1$ **12** venit ⟨cupideus et⟩ $V_1$ ⟨cupidicus et⟩ *Mai* / Ovidius de remedio amoris [157] vince cupidineas pariter partasque sagittas et refer ad patrios bina trophea deos *in marg.* H **13** cupio: cupido $P_1$ **18** adverbia *om.* $M_1P_2$ **20** is ⟨custodio is ivi tum tu, unde verbalia; et est activum a quo hic et hec custos dis, inde custodita⟩ $P_1$

*130 / 131 M.*

[1] **Cingo** is cinxi cinctum tu verbum activum, [2] inde **cinctus** a um, [3] et **cinctim** .i. strictim consertim adverbium, [4] et hec **cinctura** e, [5] et hoc **cingulum** li, [6] et hec **Cinxia** e .i. quoddam nomen Iunonis, unde Martianus unxiam te, Cinxiamque debent mortales puelle nominare; et dicitur Cinxia eo quod in eius honore puelle maritate cingerentur. [7] Item a cingo **cinctorium** rii, [8] et **cinctutus** a um .i. discinctus et nudus per antiphrasin, unde Horatius fingere cinctutis non exaudita Cethegis. [9] Cingo componitur **precingo** is, [10] unde **precinctus** a um, [11] **accingo** is, [12] unde **accinctus**, [13] **discingo** is, [14] unde **discinctus** a um, [15] **succingo**, [16] unde **succinctus** a um, [17] et hoc **succintorium** rii. C lxv

[1] **Calleo** es ui verbum neutrum et caret supino .i. prudenter scire, unde Persius dicenda tacendaque calles; [2] et inde **calesco** is, [3] et **callidus** a um quod comparatur callidior callidissimus, [4] unde **callide** callidius callidissime adverbia, [5] et hec **calliditas** tis, [6] et hic **callus** li .i. cuana lardi, unde Plautus in captivis quanta sumini assumendo, quanta callo calamitas. [7] Item a calleo hic **callis** is .i. limes callidus iacens, [8] et hec **calistrix** cis .i. simia cum producta barba. C lxvi

[1] **Camur**, [2] vel **camurus** .i. curvus, [3] inde hec **camera** e, [4] et hic **camerarius** rii, [5] et hic **camillus** li .i. puer ingenuus qui cameram solet frequentare, [6] hinc quoque hec **camilla** e dicitur pro puella ingenua. Invenimus autem has duas partes in alio sensu, unde Macrobius de Saturnalibus camillos, inquit, et camillas appellabant, flaminicarum, et flaminum preministros; [7] et **cameratus** a um, [8] quod *componitur* **bicameratus**, [9] et **tricameratus**. [10] Item ab hoc nomine quod est camur plurali- C lxvii

---

6 Mart. Cap. II 149: Unxiam, Cinctiam mortales puellae debent in nuptias convocare
8 Hor. *ars* 50

1 Pers. IV 5: dicenda tacendave calles (tacendaque *var. l.*) 6 Plaut. *capt.* 904

6 Macr. *Sat.* III 8, 7: camillos et camillas appellant flaminicarum, et flaminum praeministros

---

C lxv *om.* I
3 strictim: constrictim $V_1M_1$ / consertim *om.* $P_1$ 6 puelle *om.* $P_1$ / eius *om.* A / honore: honorem *Mai om.* $P_1$ 8 discinctus et *om.* $P_1$ / fingere: cingere $P_1$ / Cethegis ⟨et hec cingula .i. cinctorium equi⟩ $P_1$

C lxvi *om.* I
2 is ⟨incoativum⟩ $P_1$ 4 adverbia *om.* φ 6 cuana: cena $M_1A$ / lardi: laridi $V_1$ / unde ... calamitas *om.* $P_1$ / sumini (*Mai*): summi $V_1$ sumi φ / assumendo: a sumendo *Mai* 7 .i. ⟨semita⟩ φ / callidus iacens *om. Mai* / callidus: callide HA 8 barba. ⟨Et componitur occalleo .i. indurere, Porfirius [Boeth *Porph. isag.* IV 1] cicatrix est ex vulnere occalluerit⟩ $P_1$

C lxvii *om.* I
3 e ⟨unde hec camerula diminutivum⟩ $M_1A$ 4 camerarius: camerius $V_1$ 6 sensu ⟨scilicet iuvenes sacerdotum⟩ φ / inquit *om.* $M_1$ 8-9 *om.* A

ter **camures** rum .i. boves alti et decurvati, [11] et hec **cumera** re .i. quoddam vas frumentarium, unde Horatius forte per angustam tenuis vulpecula rimam repserat in cumeram frumenti.

C lxviii [1] **Coquo** is coxi coctum tu verbum activum, [2] inde **coctus** a um, [3] et hec **coctio** nis, [4] et hic et hec **coctilis** et hoc coctile, [5] unde **conctiliter** adverbium. [6] Coctus componitur **semicoctus.** [7] Item a coquo hic **cocinator** ris .i. ille qui cibos coquit, [8] qui etiam hic **cocinarius** rii dicitur, [9] et hoc **cocular** ris, [10] et hoc **coculum** li .i. minutum virgultum unde coquitur obsonium. Dicimus quoque coculum pro quolibet vase eneo, unde Plautus eneis coculis excocta est mihi omnis misericordia. [11] Item a coquo hic **coquus** qui, [12] unde hic **coquulus** li diminutivum, [13] et hec **coquina** ne, [14] unde hic et hec **coquinalis**, [15] et **coctito** as verbum frequentativum, [16] et **coccino** as .i. coquere et ab istis verbalia, [17] et **coquestrius** a um dicitur a coquo .i. ille qui panem vel aliquid aliud coquit, unde Iosephus in sexto filias, inquit, vestras faciet unguentarias, et coquestrias, et molarias. [18] Et notandum quod **coquus** et pistor idem apud antiquos dicebantur, unde Ennius coquus edit Neptunum, Cererem, Venerem. [19] Coquo componitur **excoquo** is, [20] **decoquo** is, [21] **recoquo** is, et ab istis verbalia.

C lxix [1] **Curvo** as avi tum tu verbum activum, inde verbalia, [2] et hec **curvatura** re, [3] et secundum Ysidorum hic **camelus** li dicitur a curvando eo quod curvus sit, [4] unde et hic **camus** mi per syncopam. [5] Item a curvo **curvus** a um quod comparatur curvior curvissimus, [6] unde **curve** curvius curvissime adverbia. [7] Et componitur **incurvus** vi .i. valde curvus. [8] Curvo componitur **recurvo** as, [9] unde **recurvatus**, [10] **recurvatio**, [11] et **recurvus** a um, [12] **incurvo** as, [13] unde **incurvatus** a um, [14] et **incurvatio**, [15] **decurvo**, as, [16] unde **decurvatus**, [17] et **decurvatio**.

---

C lxvii **11** Hor. *epist.* I 7, 29-30

C lxviii **10** Plaut. fr. 181 **17** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* VI p. 150 *F.*: Sed et filias, inquit, vestras unguentarias habebunt et coquestrias et molarias **18** Enn.] Naev. *com.* 121 Ribb.[3]

C lxix **3** *cf.* Isid. *orig.* XII 1,35

---

**10** decurvati: curvi φ **11** frumentarium ⟨vel locus⟩ $P_1$ / rimam: ripam $M_1$

C lxviii *om.* I

**1** coxi *om.* A **5** adverbium ⟨et cocticius a um⟩ $P_1$ **6** componitur ⟨semictus⟩ $V_1$ **8** cocinarius: coctuarius $HM_1A$ **9** cocular: coccular *Mai* / ris ⟨vas cavatum ad officium coquine⟩ φ **10** est *om.* $P_2$ **14** coquinalis ⟨et coclear vas cavatum ad officium culine⟩ $P_1$ **17** faciet: facient A / molarias: molinarias $AP_2$ *s.l.* $P_1$ **18** edit: odit $P_2$ / Cererem *om.* $P_1$ **21** recoquo is ⟨et percoquo is, Ovidius de remediis [83] nam mora dat vires teneras quoque percoquit vias⟩ H *om.* $V_1$

C lxix *om.* I

**6** adverbia *om.* $M_1P_2$ **7** vi: a um $P_2$ **9** unde ⟨recurvator⟩ $P_1$

*132 / 133 M.*

[1] **Crucior** aris verbum deponens, [2] inde **cruciator**, [3] et **decruciatorius** a um, [4] et hic et hec **cruciabilis** et hoc cruciabile, [5] unde **cruciabiliter** adverbium, [6] et hoc **cruciamen** nis, [7] unde **cruciamentum** ti, [8] et hoc **crucium** cii .i. tormentum quodlibet, unde Lucilius vinum insuave crucium dixit. [9] Item a crucior hoc **crucibolum** li .i. mortarium, [10] et hec **crux** cis, [11] unde hec **crucicula** e diminutivum, [12] et **cruciarius** a um, inde Sidonius in libro ad Rusticum per equales, inquit, et cruciarias penas. [13] Crucior componitur **excrucior** aris, [14] **decrucior** aris, et ab istis verbalia. C lxx

[1] **Cavo** as avi atum tu verbum activum, inde verbalia, [2] et hec **cavea** e, [3] et hec **caveola** le diminutivum, [4] et hec **caverna** ne, [5] unde hec **cavernula** le, [6] et **cavernatus** a um, [7] et **cavernosus** a um, [8] et secundum Rabanum hic **cophinus** ni dicitur a cavo eo quod cavus sit, [9] unde hic **cophinulus** li diminutivum, [10] et hic **cophinarius** rii, [11] et hic **caballus** li secundum Ysidorum dicitur a cavo eo quod habeat pedem cavum, [12] et inde **caballinus** a um .i. equinus, unde Persius nec fonte labra prolui caballino. [13] Item a cavo **cavus** a um, [14] unde hec **cavitas** tis. [15] Et componitur **concavus** a um, [16] et hec **conca** ce eo quod sit cava, [17] et hec **coclea** clee .i. testa cuiusdam piscis, [18] et hic **concus** ci .i. quidam lapis qui in conca reperitur, [19] unde et hic **cocleaceus** ei .i. quidam lapis marinus cocleis et arena concretus, [20] et hoc **conchilium** lii .i. genus sanguinei coloris de piscis sanguine qui est in conca factus, unde Iuvenalis pro viciis illud ponens ait horum ego non fugiam conchilia. [21] Cavo componitur **precavo** as, [22] et **decavo** as, et ab istis verbalia. C lxxi

[1] **Cullum** li, [2] inde hic **culleus** ei .i. quoddam corium in quo damnati insuebantur et in mare proiciebantur, [3] unde hic **culleolus** li diminutivum et C lxxii

---

8 Lucil. 1146 *M.* 12 Sidon. *epist.* VIII 6, 15

8 Hrab.] *cf.* Isid. *orig.* XX 9,9 11 *cf.* Isid. *orig.* XII 1 12 Pers. prol. 1 20 Iuv. III 81

---

C lxx *om.* I

1 crucior aris: crucio as $P_1$ ⟨atus sum⟩ φ / deponens: activum $P_1$ 2 cruciator: verbalia A ⟨cruciatus, cruciatio⟩ $P_2$ ⟨cruciatus⟩ $P_1$ 3 *om.* $M_1$ 6 nis ⟨cruciatus ui⟩ $P_1$ 8 dixit ⟨et hoc crucium⟩ $P_1$ 10 cis ⟨invenitur etiam in plurali numero pro meretricibus⟩ $M_1$A 11 crucicula: cruciola *Mai* / diminutivum ⟨et componitur crucifer, et crucifigo is⟩ $P_1$ 12 in libro *om.* $P_1$ / inquit *om.* A

C lxxi *om.* I

1 Ovidius [*Pont.* IV 10, 5] gutta cavat lapidem non vi sed sepe eadem *in marg.* H 3 diminutivum *om.* A 5 le ⟨diminutivum⟩ A 9 cophinulus: caphinulus $V_1$ / diminutivum *om.* π$P_1$ 10 cophinarius: caphinārius $V_1$ 11 pedem cavum: pedes cavos $P_1$ 16 *om.* $P_1$ 17 piscis ⟨et hic conchis is piscis (lapis A) quidam⟩ $M_1$A 18-19 qui ... lapis *om.* $P_1$ 20 in (*Mai*) *om.* $V_1$H$M_1$ / factus *om.* $P_1$ 22 as ⟨et concavo as⟩ H$M_1$$P_2$$P_1$ ⟨recavo⟩ $P_1$

C lxxii *om.* I

2 et in mare proiciebantur *om.* *Mai* / mare: mari $V_1$H 3 diminutivum *om.* $M_1$

secundum litteram, [4] et hec **culleola** le .i. exterior cortex viridis nucis, [5] et hec **culigna** ne .i. quoddam vas rotundum, unde Cato culignam, inquit, ponit in feno Greco ut bene oleat. [6] Item ab hoc nomine quod est cullum hec **culla** le eo quod ille qui hanc vestem gerit omnia debeat postponere secularia, [7] et inde **cullula** le, [8] et **cullatus** a um, [9] et hec **cuculla** le idem quod culla, [10] et hic **cucullus** li .i. vestis lata humeros tantum et caput tegens ad instar capicii, unde Iuvenalis contentusque illic veneto duroque cucullo.

C lxxiii [1] **Crebeo** es crebui verbum neutrum sed non est in usu, [2] inde **creber** a um quod comparatur crebrior creberrimus, [3] **crebre**, [4] et **crebro** crebrius creberrime adverbia, [5] et **crebresco** is, [6] et hic **crebrifurus** ri .i. locus crebro habens fures, [7] et secundum quosdam hoc **cribrum** ri eo quod sit crebro perforatum, [8] et inde hoc **cribellum** li diminutivum, [9] et **cribro** as, [10] quod componitur **percribro** as, [11] et **concribro** as, [12] et **decribro** as, et ab istis verbalia.

C lxxiv [1] **Cephas** Grece caput Latine, [2] inde hic **cynocephalus** li .i. gens ad instar canini capitis caput habens, [3] et hoc **cepe** in singulari .i. unio, unde Nevius cui cepe edendo oculus alter profluit. [4] In plurali vero **cepe** rum dicimus, invenimus etiam hec cepe in singulari, unde et Varro ait multifariam in patellis coquere cepe; [5] invenitur quoque hic **cepicius**, [6] et hoc **cepicium** pro cepe.

C lxxv [1] **Cinis** is, [2] unde **cinereus** a um, [3] et **cinericius** a um, [4] et **cinusculus** li .i. parvus cinis, [5] et **cinerulentus** a um .i. cinereus, unde Ambrosius super

---

C lxxii 5 Cato *orat. inc.* fr. 73, 14 10 Iuv. III 170

C lxxiv 3 Naev. *com.* 18 Ribb.$^3$: cui caepe edundod oculos alter profluit 4 Varro *De actionibus scaenicis* III (Prisc. *G.L.K.* I 204, 5 *H.*)

C lxxv 5 Ambrosius = Heges. V 53, 1

---

**4** nucis *om.* A **5** feno: fenu A **6-9** eo ... le *alio ordine post* 10 cucullo $P_1$ **6** debeat: debet $M_1P_2$ **9** le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **10** lata *om.* $P_1$ / veneto: venio A

C lxxiii *om.* I

**1** Crebeo: Crebreo $M_1$ / verbum neutrum *om.* $P_1$ **4** crebro *om.* $P_1$ / adverbia *om.* φ **5** is ⟨incoativum⟩ $P_1$ **7** sit crebro perforatum: crebro perforatur $P_1$ **10** percribro as *om.* $P_1$ **11** *om.* $P_2$ **12** verbalia. ⟨Crebeo componitur increbeo⟩ $P_1$

C lxxiv *om.* I

**1** Cephas: Cephale *Mai* **3** ⟨Item cephas componitur acephalus sine capite⟩ et $P_1$ / singulari ⟨numero⟩ $P_1$ / unio: unum $P_1$ ⟨quod totum est in capite⟩ $P_1$ **4** invenimus ... cepe *om.* $P_1$ / singulari ⟨numero⟩ $P_2$ / ait *om.* $M_1$A

C lxxv *om.* I

**3** *om.* $P_1$ **4** li ⟨diminutivum⟩ A / .i. parvus cinis: diminutivum $P_1$ **5** unde ... amictu *om.* $P_1$

*134 M.*

Egisippum cinerulenta canicie, et scisso amictu. [6] Item ab hoc nomine quod est cinis pluraliter **cinerice** arum .i. oves cinereum habentes colorem. [7] Per compositionem **subcinericius** a um, [8] et **subcinerizo** as .i. panes sub cinere coquere.

[1] **Crisis** Grece et aurum Latine, [2] inde **criseus** a um .i. aureus. [3] Et componitur hic **ypocrita** te .i. superauratus nam [3a] ypos dicitur super, [4] et inde hec **ypocrisis** is. [5] Componitur quoque hic **crisostomus** mi .i. aureum os, nam [5a] stomos Grece os appellatur Latine. C lxxvi

[1] **Chrisma** tis, [2] unde hic **Christus** ti .i. chrismate unctus, [3] unde **Christianus** a um, [4] et **Christianitas** tis. [5] Christus componitur **christicola** e, [6] et **antichristus** ti .i. contra Christum nam [6a] anti dicitur contra, [7] unde et **antipoda** dicitur .i. gens contra nos habens pedes. C lxxvii

[1] **Calon** Grece lignum Latine, [2] unde hic **calo** nis .i. ille qui fert ligna, unde Horatius lignorum, et pecorum tibi calo insignis et horti; [3] et inde **caleo** as .i. properare verbum neutrum, [4] et hic **caligarius** rii .i. minister ferens ligna, [5] et pluraliter **calarie** arum .i. naves que ligna portant. C lxxviii

[1] **Camso** as verbum neutrum .i. plectere, [2] inde hic et hec **camsatilis** et hoc camsatile .i. plectilis, [3] et hec **camma** e .i. lectus tornatilis secundum C lxxix

---

**2** Hor. *epist.* I 14, 42: lignorum et pecoris tibi calo argutus et horti

---

**6** pluraliter *om.* A **8** coquere: decoquere ⟨unde verbalia⟩ A ⟨cinis componitur cimiterium a cinere et tero is vel secundum quosdam a cinis quod est dulcis et sterion quod est statio⟩ $P_1$

C lxxvi *om.* I
**1** Crisis: Chrysos *Mai* **2** criseus: chryseus *Mai* **3** ypocrita: hypocrita *Mai* / ypos: hypo *Mai* **4** ypocrisis: hypocrisis *Mai* **5** crisostomus: chrysostomus *Mai*: cristomus $V_1$ / stomos: thomos $P_1$ omos $V_1HP_2$ stoma *Mai* / Latine ⟨Crisis etiam interpretatur iudicium Latine, unde critici .i. iudices dicuntur. Crisis vero est terminatio, inde dies critici .i. terminantis infermitatis⟩ $\varphi P_1$

C lxxvii *om.* I
**4** tis ⟨et christianismus mi, et christianizo as⟩ $P_1$ **7** dicitur ... pedes *om.* $P_1$ / gens: gentes H / habens: habentes H

C lxxviii *om.* I
**2** .i. ille qui fert ligna: portator lignorum $P_1$ / fert: defert φ / insignis: argutus $P_2$ / horti: ortu A ⟨et inde cala e (calo A) pro ligno, unde puer scindit colam⟩ $M_1A$ ⟨invidet usum⟩ $P_1$ **3** caleo: calero H calo φ / .i. properare: pro ponere $P_2$ ⟨unde calo as⟩ $P_1$ / verbum neutrum ⟨(preponere *add.* $P_1$) unde Ysidorus [*orig.* VI 14,4] nam naute calare pro ponere dicunt⟩ $P_2P_1$ *om.* A **4** ligna: lignum $P_1$

C lxxix *om.* I
**1** plectere: flectere $P_2$ **2** .i. plectilis: .i. flectilis $P_2$ *om.* A

Ambrosium de officiis; [4] invenitur hoc **cama** tis in eodem sensu, [5] et hec **camisia** e, [6] et hic **camus** mi .i. capistrum, [7] et hoc **caminum** ni eo quod flammas in se replectat.

C lxxx [1] **Communis** utriusque generis et hoc commune, [2] inde **communiter** adverbium, [3] et **communico** as, [4] unde **communicator**, [5] **communicatus**, [6] **communicatio**. [7] Et componitur **excommunico** as, unde verbalia [8] **excommunicator**, [9] **excommunicatus**, [10] **excommunicatio**.

C lxxxi [1] **Copula** le, [2] inde **copulativus** a um, [3] et hic **copularius** rii .i. vinculum in collo canis, [4] et **copulo** as verbum activum, unde verbalia. [5] Et componitur **discopulo** as, et inde verbalia. [6] Item a copulo **copulatim** adverbium .i. coniunctim.

C lxxxii [1] **Cunctor** ris verbum deponens .i. morari, [2] inde **cunctus** a um, [3] et **cunctatim** omnino vel omnimodo, unde Macrobius de Saturnalibus inter eos saltatio cunctatim vel ab honestis appetebatur. [4] Item a cunctor **cunctabundus** a um .i. morosus, [5] et hoc **cunctamen** nis .i. moramen, [6] et hic **contus** ti .i. quoddam genus teli, unde Prudentius conto ferit increpat ore. [7] Et componitur **percunctor** aris .i. interrogare, et inde verbalia.

---

C lxxix 3 *non repperi*

C lxxx 3 Macr. *Sat.* III 14, 4: inter illos saltatio certatim vel ab honestis adpetebatur 6 Prud. *psych.* 116: conto petit, increpat ore

---

7 replectat: reflectat *a marg. Mai*

C lxxx *om.* I

**2** adverbium ⟨et communis is. Et componitur secundum quosdam a com quod est similis et munium⟩ $P_1$ **4-6** communicator ... communicatio: verbalia $M_1A$ **8-10** excommunicator, excommunicatus, excommunicatio: ut supra $P_1$ *om.* $M_1A$

C lxxxi *post* C lxxxii $P_1$ *om.* I

**2** copulativus: copulatus A **6** copulo: copula $P_1$ / adverbium *om.* $M_1A$

C lxxxii *ante* C lxxxi $P_1$ *om.* I

**2** cunctus: cunctatus φ $P_1$ / um ⟨et hec cuncta e .i. mora, unde Cato [?] prospicit cuncta tacitus quod quisque loquatur⟩ H **3** cunctatim ⟨adverbium .i.⟩ φ / omnino ⟨et cunctanter quod componitur incunctanter⟩ A ⟨et cunctatus quoque componitur incunctanter adverbium⟩ $M_1$ / vel omnimodo *om.* $M_1A$ / vel: et *Mai* **4** cunctor ⟨et cuncta e .i. mora⟩ $M_1A$ **5** moramen: mora $HM_1AP_1$ moramentum *Mai* ⟨dicitur etiam conctor aris pro inquiro ab hoc nomine⟩ $M_1A$ ⟨et concta e⟩ $P_1$ *om.* $P_2$ **6** contus: certus A / teli ⟨quo piscator inquirit pisces⟩ $M_1A$ / ferit: similis $P_1$ **7** verbalia ⟨Item a cunctor cunctus a um, quod componitur cunctipotens⟩ $P_1$

*135 / 136 M.*

[1] **Conor** aris verbum deponens, inde verbalia, [2] et hoc **conamen** nis, [3] et hic **conatus** us, [4] et hic **conus** ni .i. summitas galee, unde Statius amplexuque truces deducere conos; [5] et hoc **conopeum** ei .i. cortina ad instar retium plexa et fenestrata, unde Iuvenalis ut testudineo tibi Lentule conopeo. Quidam autem dicunt conopeum a Canopia .i. ab Egypto eo quod huiusmodi rete ibi precipue habeatur. C lxxxiii

[1] **Commodus** a um comparatur commodior commodissimus, [2] unde **commode** commodius commodissime adverbia, [3] et hec **commoditas** tis, [4] et **commodo** as .i. prestare. [5] Et componitur **accommodo** as, unde verbalia. [6] Commodus componitur **incommodus** a um, [7] inde **incommode** adverbium, [8] et hec **incommoditas** tis. C lxxxiv

[1] **Crusta** te, [2] inde **crustula** le, [3] et hec **crustaria** rie .i. taberna a vasis crustatis ita dicta, [4] et **crusto** as, unde verbalia. [5] Et componitur **decrusto** as, [6] et inde **decrustatus** a um, [7] et hec **decrustatio** is. C lxxxv

[1] **Catena** ne, [2] inde **catenula** le, [3] et **cateno** as, [4] unde **catenatus** a um. [5] Et componitur **concateno** as, [6] et **incateno** as, et ab istis verbalia. C lxxxvi

[1] **Crispus** comparatur crispior crispissimus, [2] unde **crispe** crispius crispissime adverbia, [3] et hec **crispitudo** nis, [4] et **crispo** as, [5] unde **crispatus** a um. [6] Et componitur **concrispo** as, et inde verbalia. C lxxxvii

---

4 Stat. *Theb.* IV 21 5 Iuv. VI 80

---

C lxxxiii *om.* I
4 Statius: Virgilius $P_1$ *om.* $P_2$ / truces: trucem $P_1$ 5 cortina: corona $P_2$ / ut testudineo tibi *om.* $V_1$ / huiusmodi: huius $P_1$ / habeatur: habebatur $P_1$

C lxxxiv *om.* I
2 adverbia *om.* φ 4 .i. prestare: .i. prestinare $V_1$ .i. parare $P_1$ *om.* φ 5 as ⟨verbum neutrum⟩ $P_1$ 6 um ⟨unde hic incommodus i⟩ H

C lxxxv *om.* I
2 le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ 3 ita: sic $P_1$ 7 is. ⟨Creo as verbum neutrum, unde creator quod componitur omnicreator, et creatura e. Et componitur recreo as, recreatus, recreatio⟩ $P_1$

C lxxxvi *om.* I
2 le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ 6 verbalia ⟨et dicitur catena quasi tenens captos⟩ $P_1$

C lxxxvii *om.* I
2 adverbia *om.* φ

C lxxxviii [1] **Contumelia** lie, [2] inde hec **contumeliola** le, [3] et **contumeliosus** a um, [4] unde **contumeliose** adverbium, [5] et hec **contumia** e .i. convicium. [6] Et sciendum quod secundum quosdam **contumelia** dicitur a contumendo.

C lxxxix [1] **Contemplor** ris .i. videre, [2] inde **contemplator**, [3] **contemplatus**, [4] **contemplatio**, [5] et **contemplativus** a um, [6] unde **contemplative** adverbium.

C xc [1] **Corbes** is .i. cophinus vel qualus, [2] inde hec **corbita** te .i. navis oneraria, [3] et hic **corbio** is .i. ille qui facit corbes, unde Iuvenalis corbio vix ferret tot vasa ingentia.

C xci [1] **Culpo** as, [2] inde **culpatus** a um, [3] et hec **culpatio** nis, [4] et hic et hec **culpabilis** et hoc culpabile, [5] unde **culpabiliter** adverbium, [6] et hec **culpa** e. [7] Et componitur **inculpo** as, unde verbalia.

[1] Nunc primum de tertia littera cum mater Grammatica expromisisset tractatum sic voce gratulabunda fuit assistentes allocuta poetas: "Quamquam, o filioli mei, quos sane scientie opulenter informavi uberi partium

---

**3** Iuv. III 251: corbulo vix ferret tot vasa ingentia

---

C lxxxviii *om.* I
**2** le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **5** convicium ⟨et contumacia, et contumax .i. tumens verbis⟩ $M_1$

C lxxxix *om.* I
**2-4** contemplator ... contemplatio: verbalia $M_1A$ **2** contemplator ⟨ris, contemplatrix cis⟩ H **3** *om. Mai* **5** contemplativus: contemplatus $P_1$ **6** contemplative: contemplate $P_1$ / adverbium ⟨et videtur derivare ab hoc nomine templum secundum quosdam templum quoddam spatium aeris ab auspicibus⟩ $P_1$

C xc *om.* I
**1** qualus ⟨vel cabi⟩ $M_1P_2$ ⟨vel capi⟩ A **2** oneraria: enerata $P_1$ **3** Iuvenalis: Horatius $P_1$ / tot *om.* A / ingentia *om.* $P_1$

C xci *om.* I
**4** et hoc culpabile *om.* $P_1$

Explicit tractatus primus de tertia littera que dicitur -C- H

*prologum om.* $M_1$ A
Incipit prologus in secundum tractatum de eadem littera H
Prologus *Mai*
**1** Nunc: tunc $P_1$ / assistentes: esistentes $P_1$ / uberi partium: uberi pretium $P_1$

*137 / 138 M.*

affluentia sit littera tertia referta, nil reliqui in exponendis illis qua vel antiqua vel moderna approbat censura; hoc quoque certissime animadverti: nullum esse discipline mee fautorem qui tantam tamque copiose digestam partium originem inter oblatrantes huius temporis canes ita queat propalare quin ab ipsis invidiose circumveniatur mordacique invidie dente quanto prevaluerint nisu corrodatur quibus parem inferre poterimus molestiam, si que vera sunt et equitatis lance probata, semper in medium protulerimus. [2] Nullo enim modo acerbius invidia contunditur quam si ei pertinaciter rationis vereque assertionis clipeo obsistatur. [3] Nunc ergo de tertia littera secundum exordiamur tractatum quatinus et ceptum loquendi campum exaremus et ut presto in manu habeatis unde durius invidos afficiatis. [4] Nonne placet? Placet inquiunt et inde conticuere omnes intentique ora tenebant".

[1] Cilium li, folliculus quo oculus tegitur.
[2] Cillere, movere, inde cilium eo quod sit semper in motu.
[3] Circellio, monachus qui per diversas vagat cellas. Augustinus quid sibi vult mane nomen circellionem? Dicimus quoque cicercellio pro cellione.
[4] Celicus, celestis, celitus, celicola.
[5] Celebs, celicam vitam agens.
[6] Celibatum, virginitas. Martianus constuit pellere celibatum.
[7] Celeptia, quoddam genus mitre.
[8] Celox, navis. Plautus quo hanc celocem conferam.
[9] Celites, celestes. Ovidius nec tamen admonita est pene pluralis aragnes cedere celitibus.
[10] Celamen, pictura. Homerus accipit insignem vario celamine balteum.
[11] Celticus, nobilis, insignis, illustris, egregius, augustus, authenticus, egrex.

---

**4** Verg. *Aen.* II 1

**3** August. in *psalm.* CXXXII 3 quid sibi vult nomen circellionum **6** Mart. Cap. I 5 **8** Plaut. *asin.* 258 **9** Ov. *met.* VI 151: neu tamen admonita est pene popularis Aracnes cedere celitibus **10** Hom. Lat. 630

---

reliqui *om.* $P_1$ / illis (*Mai*): illis reliqui π / certissime: certissimum I / digestam partium: digestam pretium $P_1$ / dente *om.* $P_2$ *Mai* / inferre ⟨parem⟩ H **2** contunditur: torquetur H / assertionis: assumptionis I **4** Nonne: Num ne H

Explicit prologus H

Incipit tractatus secundus de tertia littera que dicitur -C- H

Repetitiones C *Mai*

**1-752** *om.* $M_1A$

**1** li *om. Mai* / tegitur: clauditur $P_2$ **3** vagat: vagatur $P_2$ / mane: inane $HP_1$ **4** celicus: celibus $V_1IP_1$ celiber $P_2$ / celicola *om.* H **6** Martianus ... celibatum *om. Mai* **8** Plautus ... conferam *om. Mai* **9** Ovidius ... celitibus *om. Mai* / nec ... aragnes *om.* $P_1$ **10** *om.* I / Homerus ... balteum *om. Mai* **11** egrex *om.* H

*138 M.*

12 Cantitare, frequenter canere.
13 Cantilena, cantus.
14 Cantharus, scyphus. Iuvenalis nec non et parvulus infra cantharus.
15 Cauterius, equus castratus. Plautus ego faxim ubi qui superant equi fient viliores gallicis cauteriis.
16 Canna, rosel, cannetum, locus ubi canne crescunt.
17 Cannabis, chorda. Persius torta cannabe fulto cena fit in transito.
18 Celeuma, clamor nauticus. Hieronimus in vindimiis celeuma cantabat.
19 Cecuticen, qui canit cum cecuta.
20 Concinnus, concors, unanimis.
21 Concinne, concorditer.
22 Cantes, fistule organorum vel ornamentorum dee. Martianus cantes ille dicebantur et quicquid apprhendebantur venustabant.
23 Concinnare, composite aliquid agere.
24 Concinnatim, consonanter, copulatim, coniunctim.
25 Concentus, cantus.
26 Cantum, medietas rote, ubi radii inseruntur. Persius frustra sectabile cantum.
27 Candidulus, aliquantulum candidus.
28 Candicare, albescere.
29 Candulus, candidus. Iuvenalis prebenda est gladio pulcra hec et candula coniux.
30 Candiculus, candidus. Marbodus tertia candiculis tribus esse inscripta lituris.
31 Candidatus, dealbatus.
32 Candidarius, pelleliparius qui coria facit alba.
33 Candes, vasa fictilia.
34 Candicare, albescere. Martianus ipsius canities pruinosis candicabat nubibus.

---

**14** Iuv. III 204-205 **15** Plaut. *aul.* 494-495: ego faxim muli pretis qui superant equos | sient viliores Gallicis cantheriis **17** Pers. V 146-147: torta cannabe fulto cena sit in transtro **18** Hier. *in Is.* XVI 10: laetus vindemiator celeuma cantabit **22** Mart. Cap. II 132: quippe ille Charites dicebantur et quicquid apprenderant venustabant **26** Pers. V 71: frustra sectabere cantum **29** Iuv. X 345: prebenda est gladio pulchra haec candida cervix **30** *non repperi* **34** Mart. Cap. I 70: ipsius autem canities pruinosis nivibus candicabat

---

**14** Iuvenalis ... cantharus *om. Mai* **15** Plautus ... cauteriis *om. Mai* **16** Canna ⟨harundo⟩ H / *inde a* cannetum *distinxit* H **17** Persius ... transito *om. Mai* / ⟨tibi⟩ torta HI$P_1$ / transito: transtro HI **18** Hieronimus ... cantabat *om. Mai* / vindemiis ⟨vindemiator⟩ HI$P_1$ **19** *om.* $P_1$ **20** unanimis *om.* H **22** vel ornamentorum dee *om.* $P_1$ / Martianus ... venustabant *om. Mai* **24** copulatim *om.* $P_1$ **26** Persius ... cantum *om. Mai* / sectabile: sectabere I **28** candicare: candidare $V_1$ **29** coniux: cervix $P_2$ **30** Marbodus ... lituris *om. Mai* / esse: est H **32** pelleliparius: pelliparius *Mai* **33-34** *in unum coegit* I **34** *om.* $P_1$ *Mai* / candicare, albescere *om.* I / pruinosis: pruinosi I

*138 / 139 M.*

[35] Caliptra, genus mitre.
[36] Calamitosus, miser.
[37] Calamacus, mitra. Iosephus pilleum in modum calamaci.
[38] Caliendrum, quicquid caput involvit. Horatius Altum sagane caliendrum.
[39] Calebs, genus durissimi ferri.
[40] Caliculus, parvus calix.
[41] Calamistrum, acus, unde coma discriminatur.
[42] Calamistratus, calamistro ornatus.
[43] Calones, lignorum portitores. Horatius hunc permixere calones.
[44] Canistrum, genus vasis.
[45] Canicula, pro quadam stella. Persius insana canicula messes iamdudum coquit.
[46] Canitudo, capitis albedo. Plautus stultum est adversus hec capitis canitudinem.
[47] Calcaneus, talonus qui et cals et talus dicitur.
[48] Calcus, quarta pars oboli.
[49] Calcitro rusticus eo quod dure calcet. Plautus clamat si quam videt ad se ire calcitronem.
[50] Calcidicum, foris deambulatorium, quod et peribolum dicitur.
[51] Calculare, numerare, taxare, recensere.
[52] Calculatim, numeratim.
[53] Calculus, lapis minutus. Ovidius nitet meus ad imum calculus.
[54] Cacula, servus. Plautus video caculam militarem.
[55] Colimbus, herba crescens in aqua, vel tufus virens. Prudentius donec virente colimbo.
[56] Corolla, parva corona.
[57] Corollarium, corone premium, quod et donatica dicitur, id est premium, quo victor remuneratur. Boetius ita ego quoque tibi veluti corollarium dabo.
[58] Choraula vel choraules qui chorum ducit. Iuvenalis aut glafyrus fiet pater ambrosiusque choraules.

---

**37** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* III p. 74 F.: super caput autem gestat pileum, in modum parvuli calamaci **38** Hor. *serm.* I 8, 48 **43** Hor. *serm.* I 2, 44: hunc perminxerunt calones **45** Pers. III 5-6 **46** Plaut. fr. 125: *stultum est adversum aetatem et capitis canitudinem* **49** Plaut. *asin.* 391: clamat, procul si quem videt ire ad se calcitronem **53** Ov. *met.* XV 43-44: et omnis calculus inmitem demittitur **54** Plaut. *trin.* 721 **55** Prud. *perist.* XII, 36: donec virenti fluctuet colymbo **57** Boeth. *cons.* III 10,22 **58** Iuv. VI 77: aut Glafyrus fiat pater Ambrosiusque choraules

---

**37** Iosephus ... calamici *om. Mai* / pilleum *om.* $P_1$ **38** Horatius ... caliendrum *om. Mai* / sagane ⟨est⟩ $P_1$ **39** Calebs: Chalybs *Mai* **43** Horatius ... calones *om. Mai* **45** pro quadam: quedam $P_1$ / messes ... coquit *om.* $P_1$ **46** Plautus ... canitudinem *om. Mai* / hec: huius $HIP_2$ / capitis: temporis H **49** calcet: calcitret H / Plautus ... calcitronem *om. Mai* / si quam *om.* $P_2$ **50** calcidicum: caldicum I / quod et peribolum dicitur *om.* $P_1$ **51** recensere *om.* $P_1$ **53** Ovidius ... calculus *om. Mai* / meus: omnis $HIP_2$ **54** Plautus ... militarem *om. Mai* **55** *om.* H / tufus: infra $P_1$ / virente ⟨fluctuet⟩ $IP_1$ ⟨fluctu⟩ $P_2$ **57** Boetius ... dabo *om. Mai* **58** Iuvenalis ... choraules *om. Mai* / aut ... pater *om.* $P_1$

59 Choricista cum corda canens.
60 Choricanus cum coro canens.
61 Corymbus, fructus hedere. Ovidius et gravidis distinguit vela corymbis.
62 Cubicularius, cubilis custos.
63 Concuba e, qui pariter cumbit.
64 Concubinatus, quod ad concubinam pertinet. Quintilianus iuvenes in concubinatum eliguntur.
65 Catulaster, catulus catellus.
66 Catiliones, glutones, ambrones, ardeliones, lurcones, helluones, mandones, epulones, bucones, pandones, abliguritores.
67 Catiliosus, gulosus, vorax, edax, escosus, consumptor.
68 Cynicus, caninus, cynedus, caninus quia cynos canis dicitur vel cani similis. Iuvenalis inter socraticos notissima fossa cynedos.
69 Cynifex, musca canina.
70 Cynomia, musca circa canum aures volitans.
71 Curriculo, cito. Plautus licet inquit vos abire curriculo.
72 Cursitare, cursare, frequenter currere.
73 Cursilis, cursatilis ad currendum facilis.
74 Cursiliter, cito, mox, protinus, statim, citatim, cursim, ilico, ilicet, ocius, ocissime, actutum, celeriter, perniciter, velociter, curriculo, festinato.
75 Crusculum, parvum crus.
76 Crustumium, parvum crus vel genus marmoris.
77 Currax, velox et ad currendum abilis. Iosephus in camelis curracibus ascendentes evade vix potuerunt.
78 Crepor, sonitus, tinnitus, bombus, crepitus, fragor.
79 Crepundium, cunabulum cune.
80 Crepido, riparum summitas. Iuvenalis nulla crepido vacat nusquam pons.
81 Crepitare, sepe crepare.
82 Crepus, sacerdos Iovis, qui et lupercus et flamen et dialis dicitur.
83 Crepida, genus calciamenti quod et bota dicitur. Martianus crepidas peragrande telluris causa in pedibus gestabat.

---

**61** Ov. *met.* III 665 **64** Ps. Quint. *decl.* III 11: in concubinatum iuniores eliguntur **68** Iuv. II 10 **71** Plaut. fr. 121 **77** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* VI p. 179 F.: qui tamen in camelis curracibus ascendentes vix evadere potuerunt **80** Iuv. V 8 **83** Mart. Cap. VI 581: crepidas peragrande telluris causa easdemque permenso orbe contritas viatrix infatigata gestabat

---

**60** *om.* H **61** Ovidius ... corymbis *om. Mai* **64** Quintilianus ... eliguntur *om. Mai* **66** ardeliones, lurcones, helluones *om.* $P_1$ **67** consumptor *om.* $P_1$ **68** caninus *om.* $P_2$ / *inde a* cynedus *distinxit* H / cynedus, caninus *om.* $P_1$ *Mai* / Iuvenalis ... cynedos *om. Mai* / notissima fossa *om.* $P_1$ **71** Plautus ... curriculo *om. Mai* **73** facilis: habilis I **74** cito *om.* I / statim *om.* I / actutum *om.* $P_1$ / velociter *om.* $P_1$ **75-76** *in unum coegit Mai* **75** *om.* $P_1$ **76** crustumium parvum crus *om. Mai* / parvum crus: tumor crurum $HIP_1P_2$ **77** Iosephus ... potuerunt *om. Mai* / evade: evadere H **78** fragor *om.* H **80** Iuvenalis ... pons *om. Mai* / nusquam pons *om.* $P_1$ **82** qui: quod $P_2$ **83** in pedibus gestabat *om.* $P_1$

*140 M.*

84 Crepitaculum, sonus, tinnitus, bombus, crepor, fragor.
85 Creptilium, dubia lux.
86 Creperum, dubie, dubitanter. Martianus tum creperum lux alma micat geminata decore.
87 Crepusculum, dubia lux.
88 Creperius, dubius, hesitabundus, nutabundus.
89 Colonia, civitas. Plautus post hoc quid habeo nisi ut commutet coloniam.
90 Colera, folliculus de quo fel effunditur.
91 Culcitra, pulvinus, pulvinar, aureale.
92 Colossus, aliqua imago in memoriam facta. Ambrosius in templo colossum costituit Augusti.
93 Colus, covoilla.
94 Colifarius, bos operarius.
95 Columella, parva columna. Iosephus quattuor colummelle quadrangule.
96 Colibium, parvum munusculum ut pomum nuces, quod et bellarium dicitur et antepomentum.
97 Collyrium, quelibet superunctio.
98 Columbar, catena in qua collum constringitur. Plautus collum in columbari aut multum poterit.
99 Colomelli, dentes longiores.
100 Coluberculus, parvus coluber.
101 Colemmata, commixtiones olei, unde pugiles iniungebantur. Martianus nilotice frutices colemmata notabantur.
102 Colobium, pallium virginale.
103 Colima, calamus cum spica sua.
104 Colifium, panis qui post meridiem comeditur. Iuvenalis comedit colifia pauce.
105 Cliens, servus.
106 Clientela, servitium. Terentius Thais se patri commendavit in clientelam.

---

**86** Mart. Cap. II 116: cum creperum lux alma micat gemmata Dione **89** Plaut. *aul.* 576: post hoc quod habeo ut commutet coloniam **92** Ambrosius = Heges. I 35, 6 **95** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* VIII p. 229 *F.*: quatuor erant columelle ad totidem angulos dispositae, forma quadrangulari **98** Plaut. *rud.* 888: in columbari collus haud multo post erit **101** Mart. Cap. III 225: nilotice fruticis collemata notabantur **104** Iuv. II 53: comedunt coloephia pauce **106** Ter. *eun.* 1039

---

**84** bombus, crepor, fragor *om.* $P_1$ **85** Creptilium: Crepulum $HP_2$ / lux ⟨crepusculum⟩ H **86** Martianus ... decore *om. Mai* **87** *om.* H **89** Plautus ... coloniam *om. Mai* / commutet: mutet H **91** *om.* $P_1$ / aureale *om.* H **92** Ambrosius ... Augusti *om. Mai* **93** *om.* $P_1$ **95** Iosephus...quadrangule *om. Mai* / quattuor: gravior $P_1$ / quadrangule: rotundus $P_1$ **96** quod ... antepomentum *om.* H **98** in *om.* $P_1$ / Plautus ... poterit *om. Mai* **101** Martianus ... notabantur *om.* $P_1$ *Mai* / colemmata: colominata $V_1P_2$ **104** Iuvenalis ... pauce *om. Mai* / comedit: comedunt H **106** Terentius ... clientelam *om. Mai* / in *om.* $P_1$

*140 / 141 M.*

107 Cuniculus, genus machinarum ad urbes capiendas sub terra factum. Ieronimus eam civitatem insidiis et cuniculis dicunt superatam.

108 Columen, alacritas.

109 Colaphus, alapa in collo.

110 Collyrida, panis tenuis et quasi subcinericius. Iosephus Thamar conspersas collyridas obtulit fratri.

111 Castrimonia, castitas.

112 Castrimargia, ventris ingluvies.

113 Ceston, cingulum Veneris et dicitur ceston quasi caston eo quod luxuriam restringat. Statius que pessima ceston vis probat.

114 Castor, animal quod se ipsum castrat. Iuvenalis imitatus castora qui se eunuchum ipse facit.

115 Ceroferarius, ille qui cereum portat.

116 Ceruleus, flavus glaucus.

117 Casterium, locus in quo remi reponuntur. Plautus si reposui remum in casterium.

118 Cereasius, pistor qui ad instar cere deducit pastam.

119 Cerealium, domus ubi panes inciduntur.

120 Ceroma, confectio ex multis herbis. Iuvenalis femineum ceroma quis nescitur.

121 Cerimonia, festivitas cum cereis facta.

122 Cerotum, commixtio herbarum et unguentorum.

123 Casses, retia. Ovidius nec posuit studiosus altera casses.

124 Cassiarius, retiarius.

125 Cassabundus, cassus, frustratus.

126 Cariare, putrescere. Martianus ponens participium ait cariantem tripodem crepidas situ marcidas.

127 Caries, putredo.

128 Cariosus, putridus.

129 Casia, quedam herba cuius flos cito cadit. Persius hoc sibi corrupto cassiam dissolvit olivo.

130 Carenum, mustum eo quod fervendo parte careat.

---

**107** *non repperi* **110** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* VII p. 196 *F.*: conspersa farina faciens collyridas easque frigens obtulit fratri **113** Stat. *Theb.* II 283-284 **114** Iuv. XII 34-35 **117** Plaut. *asin.* 519: si reposivi remum, sola ego in casteria **120** Iuv. VI 246-247 **123** Ov. *met.* V 579 **126** Mart. Cap. I 10 **129** Pers. II 64

---

**107** factum ⟨genus animalis in caracteribus terre habitans, et⟩ $P_2$ / Ieronimus ... superatam *om. Mai* / dicunt superatam *om.* I **110** Iosephus ... fratri *om. Mai* **113** et dicitur ceston *om.* $P_1$ / caston: castigatio $P_1$ / Statius ... probat *om.* $P_1$ *Mai* **114** Iuvenalis ... facit *om. Mai* / ipse *om.* $IP_2$ **117** Plautus ... casterium *om. Mai* / casterium: casterio H **120** Iuvenalis ... nescitur *om.* $P_1$ *Mai* / nescitur: nescit $P_2$ **121** cereis: ceris I / facta *om.* $P_1$ **123** Ovidius ... casses *om. Mai* **126** Martianus ... marcidas *om. Mai* / ponens participium *om.* $P_1$ / crepidas: trepidas $P_1$ **129** Casia: Cassia $P_2$ Cassis $V_1$ / Persius ... olivo *om. Mai*

*141 M.*

131 Carex, canna, rosel.

132 Carectum, locus ubi carices crescunt. Virgilius Titire coge pecus tu post carecta latebas.

133 Carisa, vetus lena.

134 Carinare, conviciari, vituperare, obiurgare, litigare.

135 Carcesium, summitas mali in qua corde currunt. Lucanus atque utinam summi curvi carcesia mali.

136 Cartilago, auris vel naris teneritudo.

137 Calvaster, aliquantulum calvus.

138 Calvaria, locus patens super cilia. In evangelio locus ubi decapitabantur latrones calvarie locus dicitur promptis calvarias obscissorum capitum qui erant ibi.

139 Calvire, decipere, fallere, defraudare.

140 Cadulus, parvus cadus.

141 Casa, parva domus, teges, tugurium, meritorium pro scenica opella. Virgilius atque humiles habitare casas et figere cervos.

142 Casona, acus quo mulier caput scalpit.

143 Cadabundus, crebro cadens.

144 Caudex, truncus. Ambrosius super Egisippum caudibus oppressi animatu ponebant in flumine.

145 Cadula, frusta ex adipe que particulatim cadunt.

146 Caducarius, qui in alterius bonis pro herede cadit.

147 Cicatricosus, cicatricibus plenus. Plautus si tergum cicatricosum nihil hoc simile similius.

148 Caducea, virga Mercurii.

149 Caduceator, pacem ferens legatus.

150 Cevere, cullum movere sicut faciunt incumbendo. Iuvenalis ego te ceventem Sexte verebor.

151 Concretim, accumulatim, globatim, congestim, consertim, stipatim, spissim.

152 Crementum, semen virile. Iosephus crementum ad libidinem suo potius nutrivit in corpore.

153 Cordus, serotinus, unde et uvas maturas cordas dicimus.

154 Coredulus, cor citius currens edens.

---

**132** Verg. *buc.* III 19-20 **135** Lucan. V 418: hic utinam summi curvet carchesia mali **138** *cf.* Evang. ] Hier. *in Matth.* XXVII 33 **141** Verg. *buc.* II 29: atque humilis habitare casas et figere cervos **144** Ambrosius = Heges. IV 15,2: caudicibus oppressi ponebant animam in flumine **147** Plaut. *Amph.* 446 **150** Iuv. II 21 **152** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* I p. 6 *F.*

---

**132** Carectum: Caretum *Mai* / Virgilius ... latebas *om. Mai* **133-139** *post* 480 $P_1$ **138** In ... ibi *om. Mai* / promptis: propter $P_2P_1$ ⟨scilicet⟩ I / calvarias: calvaria $P_2$ **141** Virgilius ... cervos *om. Mai* **142** quo: qua $P_2$ **143-144** *in unum coegit* I **144** Caudex truncus *om.* I / caudibus: caudicibus $P_2$ / animatu: animatum $HIP_2$ **147** Plautus ... similius *om. Mai* / tergum: tecum $V_1$ **149** legatus *om.* I **150** incumbendo: in concubendo $P_2P_1$ / Iuvenalis ... verebor *om. Mai* **151** stipatim spissim *om.* I **152** *post* 139 $P_1$ / Iosephus ... corpore *om. Mai* **153** *om.* $P_1$ **154** *post* 152 *om.* $P_1$ / coredulus: coredellus *Mai* / ⟨avis⟩ cor $HIP_2$ / currens *om.* $HIP_2$ *Mai*

155 Corculum, parvum cor. Plautus ego sum liber in meum corculum melculum unculum.
156 Corbius vel corbinius, duplex cor.
157 Chorepiscopus, episcopi vicarius.
158 Cordicitus, cordetenus. Sidonius prudentibus cordicitus insitum est.
159 Cordacista, cum corda canens.
160 Conclavia, cella interior.
161 Cordatus, sapiens. Elia in libro beati Iob viri cordati audite me.
162 Cordate, sapienter.
163 Concordiosus, concors.
164 Cordiacus, corde pulsum patiens. Iuvenalis cordiaco ciathum umquam missurus amico.
165 Ceraunium, scopulus prominens in mari. Lucanus movitque ceraunia nautis.
166 Clipeola, anulus eo quod sit rotundus ut clipeus.
167 Clipeatus, clipeo munitus. Ovidius crescitque seges clipeata virorum.
168 Clitones, filii regii vel pueri nobiles.
169 Clunes, renes vel coxe.
170 Cluere, resplendere, fulgere, rutilare, coruscare, radiare, micare, gliscere, nitere. Prudentius quot patria virtute clusit.
171 Cluniculum, spatha, gladius, mucro, machera, ensis, spandona, sica.
172 Cervicosus, superbus, elatus, torosus, arrogans, insolens, superciliosus, tuberosus, ampullosus, pomposus, hyperbolicus.
173 Cervicose, superbe, arroganter.
174 Cesonia, quedam parva caro que crescit in fronte pulli caballini. Iuvenalis totam tremuli cesonia pulli.
175 Cervica, alapa, colaphus.
176 Cervical, pulvinar, tormentum aureale.
177 Cesim, dolatim, discerptim, dilaniatim. Quintilius cesim membratimque dicimus.

---

**155** Plaut. *cas.* 837: ego sum liber in meum corculum melculum verculum **158** Sidon. *epist.* IV 6,1: prudentibus cordacitus (cordicitus *var. l.*) insitum est **161** *Iob* XXXIV 10 **164** Iuv. V 32: cardiaco numquam cyathum missurus amico **165** Lucan. V 457 **167** Ov. *met.* III 110 **170** Prud. *psych.* 2: qui patria virtute cluis **174** Iuv. VI 616: totam tremuli frontem cesonia pulli **177** Quint. *inst.* IX 4,126: membratim cesimque dicemus

---

**155** *om.* $P_1$ / Plautus ... unculum *om. Mai* / unculum: verculum $P_2$ **156-157** *post* 154 $P_1$ **158** Sidonius ... est *om. Mai* **160** *om.* $P_1$ **161** *om.* $P_1$ / Elia ... me *om. Mai* **164** Iuvenalis ... amico *om.* $P_1$*Mai* / ciathum *om.* $P_2$ **165** Lucanus ... nautis *om. Mai* **166** clipeus ⟨clipeolus parvus clipeus⟩ $IP_2P_1$ **167** Ovidius ... virorum *om. Mai* **168** pueri *om.* $P_1$ / nobiles: nobilium $P_1$ **170** Prudentius ... clusit *om. Mai* / quot: qui I **171** ensis *om.* $P_1$ / spandona sica *om.* H I / sica *om.* $P_1$ **172** *post* 504 H / tuberosus *om. Mai* / hyperbolicus *om.* I **173** arroganter ⟨elate, torose, insolenter, superciliose, tuberose, ampullose, pompose, iperbolice⟩ H **174** caballini: equini I *om.* $HP_2P_1$ / Iuvenalis ... pulli *om. Mai* **176** tormentum: tumentum *Mai* / aureale ⟨pulvinar⟩ H **177** dolatim ... cesim *om.* I / Quintilius ... dicimus *om. Mai*

*142 M.*

178 Cesones, qui de matris ventre ceduntur.
179 Cincinnus, vel capillus vel vetus pannus.
180 Cincinnatulus, capillatus. Hieronimus cincinnatulos pueros devita.
181 Cincinnosus, pannosus, laciniosus, tunicosus.
182 Cedecula, parva cedes.
183 Cesius, lenticosus, himniosus. Terentius rufam ne illam virginem cesiam.
184 Chirurgicus, medicus manus operans.
185 Chirurgia, ars medicinalis cum manu.
186 Chiragra, manuum infirmitas. Persius sed cum nodosa chiragra fregit articulos.
187 Chirotheca, manuum tectura.
188 Chiros, manus.
189 Chironomanta, ioculator. Iuvenalis et chironomanta volanti cutello.
190 Clavicularius, claviger.
191 Cecultare, cecare. Plautus num nam oculi mihi cecultant.
192 Cecutire, cecare. Martianus ponens partcipium ait cecutientisque meonii suaviloquam senectutem.
193 Conclavis, cella alteri domui adherens.
194 Claudicarius, quod cito claudicat.
195 Clathrus, repagulum vel truncus. Horatius obiectos valeat si frangere clathros.
196 Cladecula, parva clades.
197 Claudere, claudicare. Cecilius vos nescitis ubi consilium claudeat.
198 Cedo, dic. Terentius de te aliud sollicitat cedo. Dicimus quoque cedite pro dicite.
199 Carrire, dividere, secernere, seiungere.
200 Carrinator, carnium laniator, macellio, lanista, lanius.
201 Cessim, gradatim, pedetentim. Martianus cessim plerumque recursitans gaudeat occupari.
202 Carricutium, vehiculum altissimarum rotarum.

---

**180** Hier. *epist.* CXXX 19 **183** Ter. *heaut.* 1061-1062 **186** Pers. V 58-59: sed cum lapidosa cheragra fregerit articulos **189** Iuv. V 121-122: et chironomunta volanti|cultello **191** Plaut. fr. 126 **192** Mart. Cap. I 3 **195** Hor. *ars* 437: obiectos caveae valuit si frangere clathros **197** Caecil. *com.* 32 Ribb.[3]: An ubi non sitis, ibi consilium claudeat **198** Ter. *eun.* 163 **201** Mart. Cap. I 25

---

**180** Hieronimus ... devita *om. Mai* **181** Cincinnosus: Cincerinnosus $P_1$ **183** Terentius ... cesiam *om. Mai* / rufam ne *om.* I / virginem *om.* $P_1$ **184-187** manus ... tectura *om.* $P_1$ **184** manus: manu H **186** Persius ... articulos *om. Mai* / fregit: fregerit H **189** Chironomanta: Chiromanta *Mai* / Iuvenalis ... cutello *om. Mai* / et chironomanta: et chiromanta *Mai* **191** cecare: occultare $P_1$ / Plautus ... cecultant *om. Mai* **192** Martianus ... senectutem *om. Mai* **194** quod cito: qui $P_1$ **195** Horatius ... clathros *om. Mai* / si *om.* $P_1$ **197** ubi: mihi $P_1$ **198** Terentius ... dicite *om. Mai* / de te: ⟨qui⟩ te ⟨ergo⟩ $HP_2$ **200** lanius *om.* $P_2$ **201-202** *post* 157 $P_1$ **201** Martianus ... occupari ⟨consultare, consulere⟩ $P_1$ *om. Mai*

203 Cessabundus, qui sepe cessat, qui et piger et otiosus dicitur.
204 Cetarius, piscator. Terentius contra leti obviam mihi cupedinarii cetarii.
205 Cessiosus, qui sepe cedit.
206 Corpulentus, crassus, esculentus, carnulentus, succulentus, pinguis, sucidus.
207 Cetarium, macellum. Horatius pales adnabunt terni et cetaria crescent.
208 Corpulentia, crassitudo.
209 Comere, ornare, venustare, vernare, deflorare, comare.
210 Comatulus, ornatus. Hieronimus comatulus comatus, domus tue tecta non videant.
211 Comis, facetus, urbanus, lepidus, curialis.
212 Comiter, facete, urbane, lepide.
213 Cometa, quedam stella. Lucanus mutantis ceptra comete.
214 Comare, adornare.
215 Comatores, argenti exclusores.
216 Comitium, placitum quod multi faciunt comites. Plautus ibo intro ut capite de meo fiant comitia.
217 Comata, iudicia.
218 Consultare, consulere.
219 Cassis, galea, galerus, conus, calamacus. Homerus et iuvenem arrepta prosternit callidus victor.
220 Consus, consiliorum deus.
221 Consulte, sapienter.
222 Condylus, nodus. Martianus ictibus crebris verticem complicatis quoque in condylos digitis vulnerabat.
223 Condylomaticus, nodosus.
224 Condylomata, quoddam genus glandium.
225 Cachinones, derisores. Persius sed sum petulanti splene cachinno.
226 Condus, sciphus, patera, crater, cantharus, ciathus.
227 Cuneus, agmen, turma, phalanx, caterva, globus, chorus, coetus, turba.
228 Capulare, scindere, desecare. In decretis pontificum lingua delatoris capuletur.

---

**204** Ter. *eun.* 256-257: concurrunt leti mi obviam cuppedenarii omnes | cetari **207** Hor. *serm.* II 5,44: plures adnabunt tinni et cetaria crescent **210** Hier. *epist.* XLV 13,1 **213** Lucan. I 529: mutantem regna cometen **216** Plaut. *aul.* 700: ibo intro ubi de capite meo sunt comitia **219** *non repperi* **222** Mart. Cap. I 88 **225** Pers. I 12 **228** Decret. pontif. ] Lex Sal. VII 4 add. 22

---

**204** Terentius ... cetarii *om. Mai* / contra: concurrunt HI **207** Horatius ... crescent *om. Mai* / pales: plures H / terni: tinni H pisces $P_1$ **209** comare *om.* $P_2$ **210** comatulus ⟨comatus⟩ H / Hieronimus ... videant *om. Mai* **213** Lucanus ... comete *om. Mai* **216** Plautus ... comitia *om. Mai* **219** Homerus ... victor *om. Mai* / callidus: casside $HP_2$ / victor *om.* $P_1$ **220** *post* 202 $P_1$ **221** *om.* $P_1$ **222** *post* 220 $P_1$ / Martianus ... vulnerabat *om. Mai* **224** glandium: glandii $P_1$ **225** *om.* $P_1$ / sum: tum *Mai* **226** ciathus ⟨phiala⟩ H **227** phalanx ⟨phalanga⟩ H / *inde a* caterva *distinxit* $P_1$ / globus *om.* H **228** post 222 $P_1$ / in ... capuletur *om. Mai*

*143 / 144 M.*

229 Condones, gladiatores.
230 Condalium, anulus.
231 Caupulus, navis, prora, puppis, myopara, scapa, lembus, linter, carina, liburnus, dromolegis, cymba, caudea, cumba.
232 Comminiscor, adinvenire, excogitare.
233 Commentor, adinventor.
234 Conopeus, cortina ut rete. Iuvenalis ut testudineo tibi lentule conopeo.
235 Comedia, villicus cantus.
236 Comedicus, delectabilis.
237 Comedice, delectabiliter. Plautus heus astitistis et dulce et comodice.
238 Comedus, comedie scriptor.
239 Comicus, facetus, urbanus, curialis.
240 Curitis, nomen Iunonis. Martianus curiti debent memorare bellantes.
241 Curialis, facetus.
242 Curiatim, de curia in curiam.
243 Curulis, sella consulis aliquando vero pro ipso consule. Lucanus vacue quoque curules.
244 Civicare, civitatem colere.
245 Concivis, qui simul et cum cive.
246 Colicus, qui in intestino infirmitatem patitur. Macer illius secundum colicis melle medetur.
247 Colare, purgare vel liquefacere.
248 Colatorius, purgatorius.
249 Ciere, vocare, nuncupare, kalare. Statius odit et amissos longo ciet agmine tauros.
250 Citatim, cito.
251 Concio, populi convocatio.
252 Concionabulum, concilium vel locus conciliorum. In decretis Innocentii pape si statim cedens Decius pessimo concionabulo.
253 Concionari, populum alloqui.
254 Concionator, populi allocutor.
255 Citreus, de citro arbore factus. Persius et quicquid denique lectis scribitur in citreis.

---

**234** Iuv. VI 80 **237** Plaut. *mil.* 213: hercle astitit et dulce et comedice **240** Mart. Cap. II 149 **243** Lucan. III 107: vacueque loco cessere curules **246** Macer = Odo Magd. 120 **249** Stat. *Theb.* III 52: odit et amissos longo ciet ordine tauros **252** *non repperi* **255** Pers. I 52-53

---

**230** *post* 228 $P_1$ **233** *om.* I / adinventor: adinvenire H **234** Iuvenalis...conopeo *om. Mai* **235** cantus ⟨comedus vel comicus qui facit comediam⟩ $P_2$ **237** Plautus ... comodice *om. Mai* / astitistis: astiti I **238** *om.* $P_2$ **239** facetus *om.* $P_1$ / curialis *om.* $P_1$ **243** Lucanus ... curules *om. Mai* **246** in *om. Mai* / Macer ... medetur *om. Mai* **249** Statius ... tauros *om. Mai* **250** *om.* I **251** *om.* I **252** pessimo *om.* $P_1$ **253-254** *om.* $P_1$ **255** Persius ... citreis *om. Mai*

*144 M.*

256 Consciscere, vocare, calare, ciere, accersire, nuncupare.
257 Citare, properare, maturare, accelerare.
258 Citatus, velox, citius, celer, pernix, currax. Statius ponens comparativum ait licet igne Iovis lapsisque citatior astris.
259 Creditaria, cameraria, pedisequa, cubicularia.
260 Credulus, qui facile credit.
261 Creditarius, camerarius. Iosephus alter lectuli regis creditarius.
262 Corniculum, parvum cornu.
263 Cornus, quedam arbor cuius fructus corna dicuntur.
264 Cornicula, parva cornix.
265 Corniculari, vocem cornicis imitari quod et pro detrahere dicitur. Persius quid cornicaris inepte.
266 Cenaculum, domus cenantium.
267 Cenulentus, fetidus, olax, putidus, naucidus, hircosus, spurcus.
268 Cenaticus, ad cenam pertinens. Plautus est illic una spes cenatica mihi.
269 Cenodochium, domus in qua cenandi est refugium.
270 Cenodochiarius, elemosinarius. Iuvenalis augur cenobates medicus magus.
271 Cenobium, multorum congregatio in unum.
272 Cenobita, qui cenobium colit.
273 Cenopolium, cellarium penus apotheca. Plautus cum panem et vinum petimus ex cenopolio.
274 Cenulentia, fetor, spurcitia.
275 Cenula, parva cena.
276 Cenitare, sepe cenare. Macrobius de Saturnalibus imperare cepit ut patentibus ianus pransitaretur et cenitaretur.
277 Citerior, interior, penitior.
278 Citimus, intimus, penitissimus.
279 Citeria, effigies quedam ludi causa in foro allata. Cato ludis inquit pro citeria.
280 Censores, iudices.
281 Censorius, qui censum servat, qui et apothecarius et thesaurizarius dicitur.

---

**258** Stat. *Theb.* I 92 **261** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XVI p. 467 *F.*: alter vero lectuli regis creditarius **265** Pers. V 12: quid tecum grave cornicaris inepte **268** Plaut. *capt.* 496 **270** Iuv. III 77: augur, schoenobates, medicus, magus **273** Plaut. *asin.* 200: quom a pistore panem petimus vinum ex coenopolio **276** Macr. *Sat.* III 17, 2: imperari cepit ut patentibus ianuis pransitaretur et cenitaretur **279** Cato *orat.* fr. 58,14

---

**256** calare ... nuncupare *om.* H **258** Statius ... astris *om. Mai* **265** corniculari: cornicari $P_2$ cornicarius I / Persius ... inepte *om. Mai* **268** Cenaticus ... pertinens *om.* I / Plautus ... mihi *om. Mai* **270** elemosinarius ⟨cenobates semiambulans⟩ $P_2P_1$ / Iuvenalis ... magus *om. Mai* / medicus magus *om.* $P_1$ **271** multorum *om.* I **273** *post* 230 $P_1$ / Plautus ... cenopolio *om. Mai* **276** Macrobius ... cenitaretur *om. Mai* **279** Cato ... citeria *om. Mai* **281** *post* 273 $P_1$

*144 / 145 M.*

282 Citrosus, crispus et decorus. Nevius pulcram ex auro vestemque citrosam.

283 Centrum, punctus.

284 Censura, iudicium equitas.

285 Centones, illi qui faciunt feltre quo et pro ipso feltre dicitur. Macrobius de Saturnalibus sub centonibus super quos uxor cubat.

286 Centuriare, ordinare, statuere, disponere.

287 Centuriator, ordinator.

288 Centurio, qui centum preest hominibus. Persius dixeris hoc inter varicosos centuriones.

289 Circulare, circumdare, girare, lustrare, orbiculare, ambire, circinare.

290 Circulator, deceptor, versipellis.

291 Centuria, ducenta iugeri in agris, centum homines in re militari. Horatius centurie seniorum agitant expertia frugum.

292 Circumscriptorie, callide, versute, gnare.

293 Circumsepte, caute, gnare, fabre, cautim.

294 Celeriuscule, celeriter. Cicero celeriuscule factum dicemus quos strenue ostendere volemus.

295 Circum, circa, circiter.

296 Circumforanus, qui fora circuit, qui et lustro dicitur.

297 Circenses, ludi quidam cum armatis facti. Iuvenalis si potes avelli circensibus.

298 Circius, ventus qui circuitum facit.

299 Circinus, machina que circuitum facit, unde et circinare, circuire. Ovidius circinus excurrens meta interiore laborat.

300 Caperatus, rugosus, squarrosus, verricosus, tuberosus, gibbosus, pupulosus, inequalis.

301 Capricornus, animal qui et rinoceros dicitur.

302 Caprificus, herba que perforat mausolea. Persius rupto exierit caprifico.

303 Carnulentus, crassus.

304 Carnulentia, pinguedo, arvina, adeps, axungia.

305 Caruncula, parva caro. Varro qui vis potius homo quam caruncula nostra.

---

**282** Naev. *carm.* 10: pulcraque ⟨vasa⟩ ex auro vestemque citrosam **285** Macr. *Sat.* I 6, 30: scrofe sub centonibus cadaver collocat super quos uxor cubat **288** Pers. V 189: dixeris haec inter varicosos centuriones **291** Hor. *ars* 341 **294** *reth. Her.* III 14, 24 **297** Iuv. III 223 **299** Ov. ] Prud. *c. Symm.* I 324 **302** Pers. I 24-25 **305** Varro *Men.* 31

---

**282** Nevius ... citrosam *om. Mai* **285** Macrobius ... cubat *om. Mai* / de Saturnalibus *om.* $P_1$ **288** Persius ... centuriones *om. Mai* **291** iugeri: iugera H / centum ... militari *om.* $P_1$ / in re (*Mai*): iure $V_1$ / Horatius ... frugum *om. Mai* **292** versute, gnare *om.* H **293** gnare, fabre, cautim *om.* H **294** Cicero ... volemus *om. Mai* **297** Iuvenalis ... circensibus *om.* $P_1$*Mai* **299** Circinus ... facit *om.* $V_1$ **300** *post* 281 $P_1$ **301** qui: quod $P_2$ **302** Persius ... caprifico *om. Mai* / rupto ⟨iecore⟩ $P_2$ *om.* I / exierit: exigerit I **304-305** *in unum coegit* I **305** caruncula, parva caro *om.* I / Varro ... nostra *om. Mai* / caruncula: carnuncula I

145 M.

306 Coriolum, parvum corium.
307 Carnificina, macellum. Plautus carnificinam hic facere possum perpetim.
308 Coriosus, vestitus.
309 Coritus, theca arcuum.
310 Corintus, theca sagittarum. Ovidius tristia est nemo qui non corinton et arcum.
311 Cutitus, stupratus.
312 Cuticula, parva cutis.
313 Cudere, fabricare, tundere. Terentius argentum cudo quod dem tibi.
314 Cauterium, ferrum quo uruntur infirmi.
315 Causticus, asper, acrimoniosus.
316 Cauteriatus, durus. Apostolus cauteriatam habentem conscieram.
317 Cavillare, contendere, disputare, litigare, iurgare.
318 Cavillator, disputator.
319 Cautim, caute, prudenter. Terentius cautim et paulatim dabis, si sapies.
320 Carptim, scissim, divisim, cesim, laniatim, fractim, discerptim.
321 Cavilla, rixa, contentio. Plautus pone hoc sis aufer cavillam.
322 Carmentis, dea carminum.
323 Carpentus, currus. Iuvenalis carpento rapitur pinguis Damasippus.
324 Carminari, carmen facere.
325 Carduelis, quedam avis.
326 Cirpus, iuncus. Terentius queris nodo in cirpo.
327 Claritudo, claritas, fulgor, nitor, iubar, vibramen, splendor, coruscamen, radiamen, illustramen.
328 Clarius, sol. Martianus crescebat notis quod eam clarius multa conciliatione devinxerat.
329 Clerimonia, cleritas vel clericalitas.
330 Cibosus, cibo plenus.

---

**307** Plaut. *capt.* 132: carnificinam hunc facere possum perpetim **310** Ov. *trist.* V 7, 15: in quibus est nemo qui non coryton et arcum **313** Ter. *heaut.* 740-741 **316** *I Tim.* IV 2 **319** Ter. *heaut.* 870-871 **321** Plaut. *aul.* 638 **323** Iuv. VIII 147: carpendo rapitur pinguis Lateranus (Damasippis *var. l.*) **326** Ter. *Andr.* 941: nodum in scirpo queris **328** Mart. Cap. I 34: accrescebat votis, quod multa eam clarius conciliatione devinxerat

---

**306** *om.* $P_2$ **307** Plautus ... perpetim *om. Mai* **308-310** *post* 300 $P_1$ **309** arcuum: sagittarum $P_1$ **310** sagittarum: arcum $P_1$ / Ovidius ... arcum *om. Mai* / nemo: homo I **313-319** *post* 310 $P_1$ **313** Terentius ... tibi *om. Mai* / dem: est $P_1$ **316** Apostolus ... conscieram *om. Mai* / cauteriatam ⟨inquit⟩ H / habentem: habens $P_1$ **317** litigare *om.* H / iurgare *om.* HI **318** *om.* I / disputator ⟨cum deceptione⟩ $P_2$ **321** *post* 319 $P_1$ / Plautus ... cavillam *om. Mai* / hoc sis: ossis I **323** Iuvenalis ... Damasippus *om. Mai* **324** *om.* $P_2$ **326** Terentius ... cirpo *om. Mai* / nodo: nodum H **328** Martianus ... devinxerat *om. Mai* **329** *post* 321 $P_1$

*145 / 146 M.*

331 Ciborium, vas ad cibos deferendos aptum. Horatius oblivioso levia massico ciboria exple.
332 Cibe, tessere, tali, taxilli, tessive.
333 Cibarium, cibus, edulium, esus, epulum.
334 Cirrus, crinis, coma, cesaries, cincinnus. Prudentius augeret ut addita cirros.
335 Cibeles, mater deorum.
336 Cilliba, mensa cibatoria, que et assidela dicitur.
337 Cirratus, crinitus. Persius ten cirratorum centum dictata fuisse.
338 Culmus, folliculus grani.
339 Culminare, exaltare, sublimare, fastigare.
340 Corax, corvus. Martianus corax oris aurati femine auspicio prevolabat.
341 Crinius, Sol, Phebus, Titan, Clarius.
342 Culponeus, rusticanum calciamentum.
343 Cachinones, derisores. Persius sed si impetulanti splene cachinno.
344 Culmites, divites.
345 Cumaticus, versificator, nam cuma dicitur brevis dictio.
346 Calamistrum, acus, unde coma discriminatur. Ambrosius calamistris crispabat capillos tibi oculos.
347 Capaculus, aliquantulum capax.
348 Captare, frequenter capere vel cupere.
349 Cirris, avis que vocatur smerillum. Ovidius in avem mutata vocatur cirris.
350 Capescere, frequenter capere.
351 Capsus, carruca undique convecta.
352 Capsa, cista ubi aliquid reponitur, quod etiam pro parva domo dicitur. Horatius et una cum scriptore meo capsa protectus operta.
353 Capi, genus mensure quod in libro regum reperies.

---

**331** Hor. *carm.* II 7, 21-22 **334** Prud. *psych.* 184 **337** Pers. I 29 **340** Mart. Cap. V 433 **343** Pers. I 12: sed sum petulanti splene cachinno **346** Ambrosius = Heges. IV 25,2: calamistris crispabat capillos stibio oculos **349** Ov. *met.* VIII 150-151 **352** Hor. *epist.* II 1,268: et una cum scriptore meo capsa porrectus operta **353** *non repperi*

---

**331-332** *post* 329 $P_1$ **331** Horatius ... exple *om. Mai* **332** tessive *om.* H **334** Prudentius ... cirros *om. Mai* / Prudentius ⟨cimbus extructos⟩ $P_1$ / augeret: auget $V_1IP_2$ **336** *post* 332 $P_1$ **337** Persius ... fuisse *om. Mai* **338-339** *post* 336 $P_1$ **339** exaltare sublimare *om.* $P_2$ / fastigare: fastigiare H **341-348** *post* 339 $P_1$ **343** *om.* $HP_2$ / Cachinones: cuchinones *Mai* / Persius ... cachinno *om. Mai* **345** cuma *om.* H **346** unde: cum qua $P_1$ / Ambrosius ... oculos *om. Mai* / tibi oculos *om.* $P_1$ **348** Capaculus: capatulus *Mai* **349** Cirris: Cirreis *Mai* / smerillum ... vocatur *om.* $V_1$ **352** Horatius ... operta *om. Mai*

*146 M.*

354 Capidula, genus vasis.
355 Capis, genus vasis. Aruntius capis esse quidam genus vasis pontificalis diminutivum autem facit capidula.
356 Capsella et capsula, cista repositoria.
357 Capisterium, vas ad purgandum frumentum.
358 Captentula, subtilis verborum deceptio. Martianus captentule ludis illigantibus.
359 Cepedines, saxa in mari prominentia.
360 Caprona, iuba equina caprona quasi capiti equi prona.
361 Capitium, os cappe vel os tunice. In libro Iob quasi capitio tunice succinxeret me.
362 Capululum, genus mitre.
363 Caliptra genus mitre.
*364 Cipio, baculus ad capiendum aptus; unde Plautus verbero aut muttito aut ego iam te legam hoc scipione.
365 Capedulum, mitra, pileum, calamacus, caliendrum, comatium, caliptra, capulum.
366 Capitolinus, de capitolio existens.
367 Capsax, vas duodecim sextariorum.
368 Capital, sententia de capite puniendo. Terentius nova capitalia inquit.
369 Capillamentum, capillatura.
370 Capillosus, capillis plenus.
371 Capillitium, capillatura. Martianus draconibus circumplexa crebroque capillitio.
372 Capax, quod multum capit.
373 Capedo, studium vel ingenium.
374 Cepere, incipere, inchoare, initiari. Cato cepiam semesa verba loqui.
375 Cops, copia.
376 Copsus, copiosus.
377 Cerdo, pelliparius, parmentarius, alutarius. Persius tollat sua munera cerdo.

---

**355** Aruntius (Prisc. *G.L.K.* I 251, 12 *H.*): Arruntius: capis, vasis genus pontificalis **358** Mart. Cap. IV 423: captentulisve ludis illigantibus **361** Iob XXX 18: quasi capitio tunic me **364** Plaut. *Amph.* 519-520: verbero aut muttitio | quoi ego iam hoc scipione **368** Ter. *ad.* 723 **371** Mart. Cap. II 181 **374** Cato *orat. inc.* fr. 73,15: coepiam seditiosa verba loqui **377** Pers. IV 51

---

**354-355** *in unum coegerunt* IP$_2$ **354** *om.* H *Mai* **355** Capis genus vasis *om.* I / Capis ... vasis *om.* P$_2$ / Aruntius ... capidula *om.* P$_1$ *Mai* **356** ⟨capsa⟩ capsella P$_2$ **361** vel ⟨de⟩ V$_1$ I / os *om.* HP$_1$ / In ... me *om.* *Mai* / quasi *om.* I / succinxeret me *om.* I **364** Cipio: Capio P$_1$ / unde ... scipione *om.* *Mai* / verbero aut muttito *om.* P$_2$ **365** *inde a* calamacus *distinxit* P$_1$ / *inde a* comatium *distinxit* P$_1$ **371** Capillitium, capillatura *om.* I / Martianus ... capillitio *om.* *Mai* **372** *om.* P$_2$ **373** ingenium ⟨vel spatium⟩ H **374** Cato ... loqui *om.* H *Mai* **375** *om.* *Mai* **377-378** *post* 348 P$_1$ **377** alutarius *om.* H / Persius ... cerdo *om.* *Mai*

*146 / 147 M.*

378 Cercopa, certator, agonista, brabeuta, agonizeta, pugil, agonisticus, desudator.
379 Clepsidra, dotillus dolii.
380 Clepere, rapere, furari, expilare. Prudentius quod rapere et clepere est.
381 Cleps, fur.
382 Cleptus, furatus.
383 Cauponari, vendere. In decretis Romani concilii sint nobis anathema eo quod verbum veritatis videretur cauponari.
384 Caupones, taberniones, crustarii, ganeones.
385 Caupona, taberna, crustaria, cetaria, metaria.
386 Cupedia, cupiditas edendi vel bibendi. Augustinus sunt ullo vitio voracitatis vel cupedie.
387 Cupidulus, aliquantulum cupidus.
388 Cupidiosus, cupidus.
389 Cupidenarius, denariorum cupidus. Terentius cupidenariis concurrunt obviam mihi.
390 Cuppes, cibi lautiores.
391 Cinctim, strictim.
392 Cinctutus, discinctus. Horatius fingere cintutis non exaudita cetegis.
393 Calistrix, simia cum producta barba.
394 Callis, semita limes.
395 Callus, porci cuana. Plautus quanta summi a sumendo quanta callo calamitas.
396 Callidus, astutus, versutus, versipellis, varus, cicur, gnarus.
397 Callere, prudenter agere.
398 Cinxia, quoddam nomen Iunonis. Martianus unxia te Cinxia debent mortales puelle vocare.
399 Cumera, vas frumentarium. Horatius repserat in cumeram frumenti.

---

**380** Prud. *psych.* 562 **383** Decret. Rom. Conc. ] Cassiod. hist. IV 24 p. 972 D **386** Aug. *doctr. christ.* III 12,19: sine aliquo vitio cupediae vel voracitas **389** Ter. *eun.* 256: concurrunt laeti mi obviam cuppedenarii **392** Hor. *ars* 50 **395** Plaut. *capt.* 904: quanta sumini assumendo quanta callo calamitas **398** Mart. Cap. II 149: Unxiam, Cinctiam mortales puellae debent in nuptias convocare **399** Hor. *epist.* I 7, 29-30

---

**378** agonizeta ... desudator *om.* H **380** Prudentius ... est *om. Mai* **383** In ... cauponari *om. Mai* **384-385** *post* 378 $P_1$ **384** ganeones *om.* I **385** metaria *om.* H **386** cupiditas: voracitas I / Augustinus ... cupedie *om. Mai* / voracitatis: rapacitatis H / cupedie ⟨pretiosissimo cibo sepe utatur⟩ $P_1$ **387** cupidulus: cupidus $V_1$ **388** *om.* I **389** Terentius ... mihi *om. Mai* **390** *om.* $P_2$ **392** Horatius ... cetegis *om. Mai* **393** producta: prolixa I **394** semita ⟨orbita⟩ H **395-397** *post* 385 $P_1$ **395** Plautus ... calamitas *om. Mai* / quanta *om.* $P_1$ **396** varus: carus I **397** agere ⟨vel scire vel intellegere⟩ $P_2$ **398** Martianus ... vocare *om.* $V_1$ **399** Horatius ... frumenti *om. Mai* / ⟨forte pro angustam tenuis vulpecula runam⟩ repserat $P_1$

*147 M.*

400 Camur vel camurus, curvus, obuncus, aquilinus.

401 Camillus et camilla, iuvenes sacerdotum. Macrobius de Saturnalibus et camillas flaminum et flaminarem per ministros vocabant.

402 Cocinator, cocus.

403 Coculum, quodlibet vas eneum. Plautus eneis coculus ex cocta mihi omnis misericordia.

404 Cocular, vas cavatum ad officium coquine.

405 Coquinare, sepius coquere.

406 Coquestrius vel coquestria, qui panem coquit. Iosephus filias vestras faciet unguentarias et molinarias et coquestrias.

407 Crucibolum, mortarium.

408 Crucicula, parva crux.

409 Cruciarius, cruciabilis. Sidonius per equales et cruciarias penas.

410 Crucium, cruciamen. Lucilius vinum in suave crucium dixit.

411 Cavernatus, perforatus, perfossus.

412 Cavernosus, cavernis plenus.

413 Caballinus, equus. Persius ne fronte labra prolui caballino.

414 Coclea, testa cuiusdam piscis.

415 Concus, quidam lapis qui in concha reperitur.

416 Conchilium, genus sanguinei coloris. Iuvenalis horum ego non fugiam conchilia sed in hoc loco per viciis ponitur.

417 Cocleaceus, lapis marinus arena et coclea concretus.

418 Culleus, corium in quo damnati insuebantur.

419 Culigna, quoddam vas rotundum. Cato culignam ponit in feno Greco ut bene oleat.

420 Culleola, exterior cortex viridis nucis.

421 Crebrifurus, locus furibus creber.

422 Cucullus, vestis capiciata. Iuvenalis constrictus que ille venti duroque cucullo.

---

**401** Macr. *Sat.* III 8,7: camillos et camillas appellant flaminicarum et flaminum praeministros **403** Plaut. fr. 181 **406** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* VI p. 150 *F.*: Sed et filias, inquit, vestras unguentarias habebunt et coquestrias et molarias **409** Sidon. *epist.* VIII 6,15 **410** Lucil. 1146 *M.* **413** Pers. prol. 1 **416** Iuv. III 81 **419** Cato *orat. inc.* fr. 73,14 **422** Iuv. III 170: contentusque illic veneto duroque cucullo

---

**400** obuncus, aquilinus *om.* H **401** Macrobius ... vocabant *om. Mai* / camillas *om.* $V_1P_1$ / vocabant *om.* $P_2$ **402** cocinator: coccinator *Mai* / cocus ⟨coctuarius cocus⟩ HI / ⟨cocinarius culinarius⟩ $P_1$ ⟨coquinarius coctuarius⟩ $P_2$ **403** Plautus ... misericordia *om. Mai* / ex *om.* H / cocta ⟨est⟩ H **406** Iosephus ... coquestrias *om. Mai* / faciet *om.* I **407** mortarium ⟨vel ubi sepum accenditur⟩ $P_2$ **409** Sidonius ... penas *om. Mai* / cruciarias: cruciatur $V_1IP_1$ **410** Lucilius ... dixit *om. Mai* **411** *post* 397 $P_1$ **413** equus: equinus $HP_2$ / Persius ... caballino *om. Mai* / fronte: fonte $HIP_2$ **415** lapis ⟨marinus⟩ $P_1$ / concha: aqua $P_1$ / reperitur ⟨cocleis et arena concretus⟩ $P_1$ **416** Iuvenalis ... ponitur *om. Mai* **419** Cato ... oleat *om. Mai* **420** viridis nucis (*Mai*): viris $V_1$ **421** *om.* $P_1$ / Crebrifurus (*Mai*): Crebritus $V_1$ / furibus ⟨plenus vel⟩ $P_2$ **422** Iuvenalis ... cucullo *om.* $V_1$

*147 / 148 M.*

423 Cribellum, parvum cribrum.
424 Cynocephalus, gens caninum habens caput.
425 Cevere, clunes movere. Persius bellum hoc an Romule ceves?
426 Criseus, aureus.
427 Crisostomus, aureum os habens.
428 Crissare, fricare, cevere. Iuvenalis numen crissantis adorat.
429 Calarie, naves que ligna portant.
430 Caleare, properare, maturare, festinare, accelerare, ciere, citare.
431 Calones, lignorum portitores. Horatius lignorum et pecorum tibi calo insignis et orti.
432 Caligarius, minister ferens ligna.
433 Camsare, plectere.
434 Clanculum, clam clanculo. Terentius alii clanculum patres que faciunt.
435 Coniunctim, strictim, pressim.
436 Cunctari, morari, intricari.
437 Cunctatim, omnino vel omnimodo. Macrobius de Saturnalibus inter eos saltatio cunctatim vel ab honestis appetebatur.
438 Cunctabundus, morosus, tardus, piger, segnis, reses, silicernus, plumbeus.
439 Cauma, calor, fervor.
440 Comtus, genus teli. Prudentius conto ferit increpat ore.
441 Conus, summitas galee. Statius amplexuque truces deducere conos.
442 Contumia, contumelia, convitium, improperium, obiurgatio, litigium, cavillatio, cavilla.
443 Crotula, cimbalum. Martianus crotularum tinnitu universa dissultant.
444 Contemplari, videre, intueri, considerare, conspicari, spectare.
445 Corbes, cophini, quali, quaxilli.
446 Corbio, qui corbes fert ad vendendum. Iuvenalis corbio vix ferret tot vasa ingentia.
447 Cinnamologus, cinnama legens.

---

**425** Pers. I 87 **428** Iuv. VI 322: fluctum crisantis adorat **431** Hor. *epist.* I 14,42: lignorum et pecoris tibi calo argutus et horti **434** Ter. *ad.* 53 **437** Macr. *Sat.* III 14,4: inter illos saltatio certatim vel ab honestis adpetebatur **440** Prud. *psych.* 116: conto petit, increpat ore **441** Stat. *Theb.* IV 21 **443** Mart. Cap. II 133: crotalorumque tinnitu universa dissultant **446** Iuv. III 251: corbulo vix ferret tot vasa ingentia

---

**425** Persius ... ceves *om.* $P_1$ / hoc ⟨bellum⟩ H **426** *om. Mai* **428** cevere *om.* I **431** Horatius ... orti *om. Mai* / lignorum ... tibi *om.* $P_1$ / insignis: signis I argutus $P_2P_1$ / et orti *om.* $P_1$ **434** patres que faciunt *om.* $P_1$ **435** ⟨constrictim⟩ coniunctim $P_1$ **436** intricari *om.* H **437** Macrobius ... appetebatur *om. Mai* **438** segnis: plumbeus H **439** fervor *om.* H **440** increpat ore *om.* I **441** Statius ... conos *om. Mai* / ⟨Quirites⟩ truces $P_1$ **442-450** *post* 411 $P_1$ **442** *post* 172 H / *inde a* convitium *distinxit* $P_2$ / cavilla ⟨iniuria⟩ I **443** dissultant ⟨idem est crotalum⟩ H **444** intueri ⟨contueri⟩ H **446** corbes: panes $P_1$ ⟨facit vel⟩ I / Iuvenalis ... ingentia *om. Mai*

448 Cynomia, canina musca, que et scinifes dicitur.

449 Cinnamum, genus thuri. Statius ab antiquo durantia cinnama bello.

450 Cicindila, meca et licnus et dicitur pro candela.

451 Cartilago, tenue os vel auris vel naris.

452 Concubium, quedam pars noctis. Ennius qua Galli furtim noctu summa arcis adorti menia concubia vigilesque repente cruentant.

453 Calamitare, contristari, mestificari.

454 Casnomia, musca venefica.

455 Cesius, hirniosus lenticosus. Terentius rufam ne illam virginem cesiam.

456 Catalogus, ordo vel numeratio.

457 Cicur, prudens, varus, gnarus, gnavus, cautus.

458 Castutus, catus, strenuus, industrius, factiosus, callidus, vafer.

459 Congialis, rotundus. Plautus mulsi congialem faciam tibi plenam fideliam.

460 Circissarius, qui circumcirca pergit, classicarius proreta qui nautis imperat.

461 Clunes, nates. Iuvenalis de virtute locuti clunem agitant.

462 Cladicarie, naves honerarie.

463 Colax, parasitus, parasitaster.

464 Clitella, honus equorum. Horatius quamquam perferre iubes clitellas ferus impingas.

465 Colustrum, lac concretum in mammis.

466 Commanipularius, socius, collega, consors, comes, complex, condiscipulus, coapostolus.

467 Commulcare, conculcare.

468 Cauponula, taberna, cetaria, crustaria, propina, merana, ganearia, clepsydraria, pandochium.

469 Culina, coquina. Iuvenalis magna non degenerare culina.

470 Conferratus, sociatus, comitatus.

471 Confida, fidem cum alio habens.

---

**449** Stat. *Theb.* VI 61: tura et ab antiquo durantia cinnema Belo **452** Enn. *ann.* 164-165 **455** Ter. *heaut.* 1061-1062 **459** Plaut. *Aul.* 622 **461** Iuv. II 21 **464** Hor. *epist.* I 13,8: quam quo perferre iuberis | clitellas ferus impingas **469** Iuv. XIV 14

---

**449** genus thuri: quedam spes $P_1$ **450** meca ⟨idem⟩ H *om.* $P_2$ / et ... candela *om.* H **451** vel naris *om.* $P_1$ **452-454** *post* 450 $P_1$ **452** repente *om.* $P_1$ **453** mestificari *om.* H **455** *om.* $P_2$ / Terentius ... cesiam *om. Mai* / ne *om.* $P_1$ **456-459** *post* 454 $P_1$ **457-458** *in unum coegerunt* $IP_2$ **457** *post* 442 H **458** Castutus: Astutus $IP_2$ **460** qui ... classicarius *om.* $V_1$ **461-470** *post* 459 $P_1$ **463** *om.* $P_2$ / parasitaster *om.* I **464** quamquam ... iubes *om.* $P_1$ / quamquam: quam quo *Mai* / iubes: iuberis *Mai* **465** Colustrum: Colustrium $V_1$ **466** complex *om. Mai* / coapostolus ⟨sodalis⟩ H **468** *om.* $HP_2$ **470** comitatus *om.* H **471-477** *post* 461 $P_1$

*149 M.*

472 Conticinium, hora qua omnes conticescunt. Plautus factum volo redire huc conticinio.
473 Conflatim, copulatim, contexte.
474 Congenare, acervare, congregare.
475 Clavus, dignitas quedam apud Romanos. Ovidius tristium induiturque humeris cum lato purpura clavo; 475a clavus, vestis quedam est et in veste dignitas figuratur.
476 Collibium, genus certe pecunie.
477 Combibiolus, qui frequenter cum alio bibit.
478 Criticus, sapiens vel medicus. Horatius ut critici dicunt leviter curare videtur.
479 Consternatus, exanimis.
480 Cossus, vermis in ligno, qui et teredo dicitur.
481 Colifium panis azimus. Iuvenalis comedit colifia panee.
482 Contiquia, imbrium collectio.
483 Circilla, opilago.
484 Culpitare, frequenter inculpare. Plautus ne iusiurandum nostrum quisque culpitet.
485 Cronica, temporum series vel ordo.
486 Cronografia, brevis scriptura.
487 Commilitium, militia, satellitium, sodalitium. Sidonius tum mihi precipue commilitio recenti familiaris.
488 Cumbia, genus poculorum.
489 Callator, sacrorum minister.
490 Corbulus, parvus corbes. Plautus coctam sursum subducemus corbulis.
491 Cascus, vetus, antiquus, annosus.
492 Cadax, claudus, qui sepe cadit.
493 Chelis, lira, citara. Statius Thebaidos numero tendo chelim.
494 Cardinarius, primarius.
495 Categorie, predicamenta vel predicationes.
496 Chele, brachia scorpionis. Virgilius qua locus Erigonen inter chelasque sequentes.
497 Cata, secundum erga vel adversus.

---

**472** Plaut. *asin.* 685: factum volo: redito huc conticinio **475** Ov. *trist.* IV 10, 29 **478** Hor. *epist.* II 1, 51 **481** Iuv. II 53 **484** Plaut. *cist.* 495 **487** Sidon. *epist.* I 11,3 **490** Plaut. *aul.* 366 **493** Stat. *Theb.* I 33: hunc tendo chelyn **496** Verg. *georg.* I 33

---

**473** contexte *om.* I **474** *om.* $P_2$ **475** tristium *om. Mai* / clavus vestis ... figuratur *om.* H
*post* 479 *has repetitiones mutato ordine, sc.* 133-139,152, 154, 156-157, 201-202, 220, 222, 228, 230, 273, 281, 300, 308-310, 313-319, 321, 329, 331-332, 336, 338-339, 341-348, 377-378, 384-385, 395-397, 411, 442-450, 452-454, 456-459, 461-478 *praebet* $P_1$
**481** Colifium: Colymphium $V_1$ / Iuvenalis ... panee *om. Mai* / comedit: comedunt H / colifia: colymphia $V_1$ / panee: pauce H **486** scriptura ⟨vel temporis descriptio⟩ $P_2$ **490** coctam *om.* I **493** Thebaidos: Achilleidos $P_2$ *om.* $P_1$ / numero: nunc HI$P_2$ **495** vel predicationes *om.* $P_2$ **496** Virgilius *om.* $P_2$ **497** erga *om.* H *Mai*

498 Calculator, numerator.

499 Catapulta, sagitta barbata. Plautus catapulta hoc ictum est mihi apud Sicyonem.

500 Calizinare, calamos messores colligere.

501 Calicare, bibere, potare, sorbillare, pitissare.

502 Ciliarcus, qui preest mille hominibus. Ambrosius interventibus centurionibus et ciliarcis a nece temperatum est aufidicus viridicus.

503 Causatium, questio cause.

504 Collativus, capax, sinuosus, latus. Plautus quis est hic cum collativo ventre et oculis herbeis.

505 Caducifer, pacis nuntius.

506 Caculosus, infirmitatem habens que calculum dicitur.

507 Cylindrus, malleus. Virgilius in georgicis area cum primis ingenti equanda cilindro.

508 Callosus, pinguis.

509 Carnulentus, esculentus.

510 Catiliones, gulosi.

511 Cherucus, illud quod malo superponitur et secundum ventum movetur. Lucanus instabit summis minor ursa cherucis.

512 Centrices, meretrices, lupe multivire, diobolares, nonarie.

513 Censorinus, cui census redditur.

514 Carica, fructus fici vel palme. Ovidius hec nux hic mixta est rugosis carica palmis.

515 Cervicarium, cervical, pulvinar aureale.

516 Cernulus, ingeniosus.

517 Caragmata, impressiones vel littere. Anianus sicut nummus habet charagma Cesaris sic hoc habet Dei.

518 Circitura, circuitus, ambitus.

519 Cibutum, arca cibaria.

520 Convasatus, in altum erectus. Sidonius laudum convasatis clamationibus.

521 Cygnitus, vox cygni.

522 Colludium, turpis ludus ubi plures leduntur.

---

**499** Plaut. *Curc.* 394 **502** Ambr. = Heges. IV 30, 1: intervenientibus centurionis et chiliarchis a nece quidem eius temperandum rati **504** Plaut. *Curc.* 231: quis hic est homo cum collativo ventre atque oculis herbeis? **507** Verg. *georg.* I 178 **511** Lucan. VIII 177: instabit summis minor ursa ceruchis **514** Ov. *met.* VIII 674: hic nux, huc mixta est rugosis carica palmis **517** Anianus = *op. imperf. in Matth.* XXXVIII *PG* 56 col. 840: sicut numus habet charagma Caesaris, sic homo habet charagma Dei **520** Sidon. *epist.* I 9, 8: undique omnium laudum convasatis acclamationibus

---

**500** calamos ⟨post⟩ HI$P_2$ **502** ciliarcus ⟨tribunus⟩ H / temperatum est *om.* $P_1$ / aufidicus: causidicus I$P_2P_1$ / aufidicus, viridicus *om. Mai* **504** latus *om.* $P_2$

*post* 503 *has repetitiones mutato ordine, sc.* 172, 442, 457, 629, 632, *praebet* H

**508-509** *in unum coegit post* 740 H **511** et ... movetur *om.* $P_1$ **514** palmis *om.* $P_1$ **515** aureale *om.* H **516** *om.* I **518** ambitus *om.* H **520-530** *post* 509 H **522** leduntur: ludunt I

*150 / 151 M.*

523 Convena, qui aliunde venit.
524 Creagra, fuscina tridens.
525 Clocitatus, cervi vox.
526 Cromaticus, qui colore non confunditur.
527 Cleontinus, baronicus, nobilis. Sidonius cleontina segete confectus panis ei dabatur.
528 Castrimargia, ventris ingluvies.
529 Clima, pars sicut dicimus climata mundi.
530 Comata, censure.
531 Clanculare, celare.
532 Conopeum, genus retis.
533 Clandestinus, occultus, celatus, reconditus.
534 Coequevus, unius et eiusdem etatis.
535 Conflages, loca ventosa ubi multi venti conflant.
536 Cacuminare, sublimare. Ovidius summasque cacuminat aures.
537 Confedustus, eodem federe cum alio ductus coniunctus.
538 Cosmographus, mundi descriptor.
539 Cohum, lorum quo temo ligatur cum iugo.
540 Conibentia, obedientia, collibentia, assensus.
541 Conibere, oculos claudere. Martianus quin etiam eum conibere cupientem.
542 Conicere, cogitare, perpendere, premeditari.
543 Collegium, societas, consortium, contubernium, sodalitium, comitatus.
544 Collateralis, socius, consors, commanipularius, collateraneus, confedustus, consodalis, contribunalis, condiscipulus, confida, comes, collega, consocius, contubernio, conbinarius, collatensis, convictuarius.
545 Congire, per augmentum crescere vel equare.
546 Congium, quedam mensura.
547 Congiarium, frustum carnis undique equatum.
548 Cerrones, leves et inepti.
549 Cotones, portus manu facti.
550 Cesticillus, circulus in capite cum aliquid deportatur.
551 Conivere, annuere, consentire, obsecundare, allubescere. Persius conivente oculo predarum ad gaudia.
552 Cestus, corium cum plumbo infuso.
553 Catetizare, confirmare.
554 Calpar, genus fictilis vasis.

---

**527** *non repperi* **536** Ov. *met.* III 195 **541** Mart. Cap. I 37 **551** Pers. ] Prud. *psych.* 453

---

**524** tridens ⟨fuscinula⟩ H **525** *om.* $P_2P_1$ **527** ei *om. Mai* **528** *om. Mai* / Castrimargia: Castimargia $V_1$ **529** mundi ⟨.i. partes mundi⟩ $HIP_2$ **531** *om.* H **532-539** *post* 530 H **537** federe: genere I / ductus *om.* $IP_2$ / coniunctus: iunctus H *om.* $P_1$ **540-549** *post* 530 H **541** cupientem ⟨quiescere non sinat⟩ I *om.* $P_2$ **543** contubernium *om.* I **550-559** *post* 530 H **550** aliquid deportatur *om.* H **551** predarum ad gaudia ⟨coniventia, consensus⟩ H *om.* $P_1$ **553** Catetizare: catechizare *Mai* / ⟨instruere⟩ confirmare H

*151 / 152 M.*

555 Cindaris, mitra pontificalis.
556 Colluvium, sordicitas, fetulentia, cenulentia, fetor, spurcitia, colluvies.
557 Cespitare, fodere.
558 Cunire, stercus facere.
559 Calastris, genus tunice.
560 Claxendis, conca qua vexillum tegitur. Plautus opposita est claxendix at ego signi dicam quid sit.
561 Catasta, lectus ferreus.
562 Capissidilis, perastiptatius, marsupium, moculus, loculus, crumana.
563 Consus, consiliorum deus.
564 Clatus, parvus, scyphus, cyathus, sorbicillus, claterculus, porrectorius.
565 Cerritus, furiosus, insanus, exs, excerebris.
566 Cluma, folliculus hordei.
567 Ciparisse, nocturne imagines.
568 Cabiare, perforare.
569 Cracentes, graciles exiles. Ennius sunt multi gladii media regione cracentes.
570 Cheruci, lime ad quas vela suspenduntur.
571 Ciconium, lignum quo aqua in ortis hauritur.
572 Cidones, puerorum amatores.
573 Calcidicum, foris deambulatorium.
574 Comopolus, municipium asylum.
575 Clinicus, paraliticus.
576 Compendium, quod breve est et utile. Statius religunt compendia silve.
577 Collibrum, fenus pecunie.
578 Cata, puera docta, puella.
579 Compluvium, locus ubi pluvie confluunt.
580 Complex, de uno peccato alteri alligatus.
581 Complodere, elidere.
582 Candius, vestis regia.
583 Caonia, glans pinguis.
584 Complusculi, plures. Terentius primum complusculos conveniebat.
585 Cataclismus, diluvium.
586 Catarratus, fluor a naribus vel aure vel oculo fluens.
587 Combimulus, concors, concordialis, unanimis.

---

**560** Plaut. *vid.* 104 **569** Enn. *ann.* 527: succincti gladiis, media regione cracentes **576** Stat. *Theb.* II 497: densaeque legunt compendia silvae **584** Ter. *hec.* 177: primo dies complusculos bene convenibat

---

**555** Cindaris: Cidaris *Mai* **558** *om. Mai* / facere ⟨inde cunnus⟩ $HIP_2$ **560-569** *post* 530 H **560** signi *om.* $P_1$ / quid sit *om.* $P_1$ **562** perastiptatius: perasifrarius I **563** *om.* $P_1$ **564** porrectorius *om.* H **570-579** *post* 530 H **571** hauritur: exhauritur I **576** Statius ... silve *om.* $P_1$ **580-587** *post* 530 H **586** fluens *om.* $P_1$ **587** unanimis ⟨unicors⟩ H

*152 / 153 M.*

588 Congenitio, congregatio, consortium.
589 Celiacus, qui in ventre habet passionem.
590 Ciritare, populum alloqui.
591 Conquiniscere, oculos claudere. Pompinius ad eum ut conquexi interim mulieres conspiciunt.
592 Citor, fumus, favilla, vapor.
593 Classarius, tibicen.
594 Clibanicus, panis in fornace coctus.
595 Climacteria, incerta profugia.
596 Collyrida, panis subcinericius.
597 Cefalargia, capitis dolor.
598 Chelido, hirundo, inde chelidomatus id est gladius in modum caude hirundinee furcatus.
599 Cimmeria, silva obscura.
600 Centua, terre vel vinee centum pedes.
601 Ceramius, figulus.
602 Copadia, carnis particula.
603 Cornipeta, bos cornu petens.
604 Compilare, rapere, depredari. Horatius ne te compilent fugientes.
605 Compilator, qui plurima in unum congerit.
606 Consponsus, coniurator.
607 Constipare, circumdare, ambire, illustrare, girare, circinare, orbiculare.
608 Cornicentes, cornicines cornu canentes.
609 Considium, consilium a Conso consiliorum deo.
610 Cuppes vel cupedia, vasa aquaria.
611 Corrogare, invitare. Martianus dii ad convivium corrogati multa contulerant.
612 Conventare, convenire.
613 Contribulis, de eadem tribu natus.
614 Conspicari, videre.
615 Corrugare, in rugam deducere. Horatius ne turpe toral ne sordida mappa corruget nares.
616 Contubernio, socius.
617 Contumax, elate, superbiens.
618 Coors, agmen, turma, phalanx, phalanga, cuneus, caterva, cetus, globus, turba.
619 Convotus, isdem votis astrictus.

---

**591** Pompinius] Pompon. *atell.* 171 Ribb.[3] **604** Hor. *serm.* I 1, 78 **611** *non repperi* **615** Hor. *epist.* I 5,23

---

**588** *om.* H / consortium ⟨contionari, populum alloqui⟩ $P_1$ **590** *om.* H *Mai* **591-595** *post* 587 H **591** conquexi: concrepa $P_1$ *om.* I **596** *om.* $HP_1$ **600-609** *post* 619 H **601** Ceramius: Ceramus *Mai* **610-613** *post* 595 H **611** multa contulerant *om.* $P_1$ **613** eadem tribu (*Mai*): eadem $V_1$ **614** *om.* H **615** ne turpe toral *om.* $P_1$ **616** *om.* H **618** *om.* H / turba *om.* $P_2$ **619** *post* 613 H

*153 M.*

620 Consertim, coniunctim, strictim, cinctim.
621 Cohortus, insimul ortus. Ovidius si ubi se conventis commiserat unda cohortis.
622 Crocare vel crocitare, clamare cornu.
623 Cotila, mensura vini que hemina dicitur et decem cotyle faciunt unum comor.
624 Confragius, spissus. Prudentius et confraga densis arboribus dumeta tegunt.
625 Coactim, urgenter, violenter.
626 Cosmus, mundus, inde cosmarius vel cosmarcha, princeps in mundo.
627 Compascuus, ager communis ad pascendum.
628 Coaltercare, conlitigare.
629 Convictor, qui cum alio vivit.
630 Convallis, magna vallis.
631 Convectare, comportare.
632 Consobrinus, cognatus. Terentius est ne hic Crito consobrinus Crisidis?
633 Contentare, sepe contendere.
634 Contiguus, vicinus, affinis, anterminus.
635 Convicaneus, conterminus.
636 Contiguitas, vicinitas.
637 Contagiosus, contagio id est macula plenus.
638 Contumax, superbus, elatus, torosus, superciliosus.
639 Contumacia, superbia.
640 Contribulis, cognatus.
641 Conterritus, perterritus, pavefactus.
642 Condecet, valde decet.
643 Confire, efficere. Macrobius de Saturnalibus oportet dicit qui ex quadrantibus confit intercalare.
644 Confugela, confugium, adiutorium.
645 Confuga, fugiens cum alio.
646 Consentaneus, consentiens.
647 Confinis, vicinus.
648 Confinium, vicinitas.
649 Confrixorium, caldarium patella.
650 Congestim, accumulatim.
651 Congestare, accumulare, congerere.

---

**621** Ov. *met.* XI 512: ubi se ventis admiserat unde cohortis **624** Prud. ] Lucan. VI 126 **632** Ter. *Andr.* 801: estne hic Crito sobrinus Chrysidis? **643** Macr. *Sat.* I 14, 13: cum oporteret diem qui ex quadrantibus confit intercalare

---

**620** *om.* H$P_1$ / cinctim ⟨pressim⟩ I **621-626** *post* 619 H **621** si: sic I *Mai* / conventis: ventis I$P_2$ **622** cornu *om.* H **623** hemina (*Mai*): semina $V_1P_1$ **624** dumeta tegunt *om.* $P_1$ **625** *om.* $P_1$ **627** *om.* $P_1$ **629** *post* 456 H **634-635** *in unum coegerunt* HI **636** *om.* $P_2$ **637** contagio *om.* *Mai* **638** *om.* I **640** *om.* H$P_2$ **643** dicit: diem H **647** *om.* H **651** congerere *om.* H

*153 / 154 M.*

652 Congestus, accumulatus.
653 Conglobatim, cumulatim, turmatim.
654 Cosmographia, descriptio mundi.
655 Chirographum, scriptura cum manu.
656 Congruere, convenire.
657 Conicere, simul iacere vel mente versare.
658 Collega, socius, consolatium, conmanipula.
659 Collegium, societas, contubernium, consortium.
660 Commentari, adinvenire.
661 Commentum vel commentarium, carminis adinventio.
662 Commercium, de pluribus rebus una venditio.
663 Consentes, divinis bonis consentientes.
664 Commasculus, bene masculus, fortis, virtuosus.
665 Commilitones, eiusdem militie socii.
666 Compeditus, incatenatus.
667 Compilare, rapere.
668 Competere, convenire, congruere, concinnare.
669 Competentia, convenientia.
670 Consternari, cadere, exanimem esse.
671 Compendiosus, utilis et necessarius.
672 Compensare, donare.
673 Compensus, redditus.
674 Computare, numerare.
675 Compotores, simul potantes.
676 Corrogare, invitare.
677 Conruminare, murmurare.
678 Constipare, fulcire.
679 Consertim, coniunctim.
680 Consitio vel insitio, plantatio.
681 Conspicari, videre.
682 Conspicillum, locus ad inspiciendum aptus.
683 Conspicacia, spes.
684 Conciscere, simul vocare.
685 Consectaneus, eiusdem secte.
